



Sammelbd

DISSERTATIO IN AVGVRALIS

DE

T V T E L A
E X T R A N E O R V M
L E G I T I M A

Q V A M

P R A E S I D E

CHRIST. GOTTLIEB BVDERO

IURIS PUBLICI AC FEVDALIS ET HISTORIARVM P. P. O. SERENISS.
SAXON. DVCVM A CONSIL. AVLIC. CONCIL. ARCTIOR. ADSESS.
ORDINISQUE IURISCONSULT. SENIORE
PATRONO AC PRAECEPTORE PIE COLENDO

PRO

IVRIVM DOCTORIS DIGNITATE

D: XXII. AVGUST. AN. CIO IO CC LIII.

PUBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI SVBMITTIT

A V C T O R

CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS

SOCIETATIS LATINAЕ IENENSIS COLLEGA.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.



CHRISTIANITY AND



SECTIO PRIOR
DE
TVTEL A EXTRANEORVM
LEGITIMA IVRIS
ROMANI.

S T N O Φ I S.

POSTQVAM dicendorum summa indi-
cata est, §. I.
et de notione tutela legitime varia in
iure ciuili eiusmodi disquisitio pre-
missa, ut monstretur, proprio quidem
illam tutelam solam legitimam vocari,
qua ex lege descendat, §. II.
ex quacunque tamen sanctionum specie illa
nata sit, eam nomen hoc sortiri, §. III.
primum de origine tutela extraneorum
legitima disputatur. Deriuatur illa
ex ratione legis de tutela agnatorum,
a decemuiris latæ, §. IIII.

quam, non communionem sanguinis; sed
futuram potius hereditatem esse, cum
ex moribus institutisque Gracorum,
e quibus duodecim tabulae sunt petitæ,
§. V.
tum ex opinionibus, quas alioquin fone-
bant Romani, monstratur, §. VI.

ac deinde ipse tutorum extraneorum
legitimorum species recensentur. Dis-
seritur itaque partim de parronis, in
quorum tutela posti erant liberti,
§. VII. VIII.

A

par-

partim de pupillariter substitutis, vbi Enarratis his, ostenduntur, quæ extra-
diudicatur, num illi eo quoque refe- nis tutoribus cum aliis legitimis sunt
rendi sint: hinc argumenta eorum, qui communia, §. XI.
id adfirmant, enarrantur, §. VIII.
illaque simul ponderantur, §. X. quæque in illis sunt singularia, §. XII.

§. I.

QVANTO magis miseranda est parentibus orborum eorumque calamitas, qui, nondum educati, per iacturam genitorum suorum omnibus destituti sunt præsidiis et quanto plus detrimenti ex illorum infortunio capit res publica; tanto maiore cura ac diligentia illorum omni tempore rationem habuerunt legum latore; atque in harum sanctione saepe ac multum in id cogitationes suas abiecerunt, ut saluti pupillorum consulerent ac prouiderent. Qui nihil fere; aut admodum paululum barbariei deleuerant e moribus suis disciplinaque, antiquissimi populi infantibus eiusmodi, non parentibus solum; verum etiam omni spe salutis orbatis, prospicerunt. Etiam si multa leges eorum deficerent: tantum tamen absfit, ut in illis obliuiscerentur pupillorum; ut plura potius de iis eorumque tutela decreta publicarent atque edicta. Scriptores pariter atque alia vetustatis monumenta loquuntur de iis, quæ ad utilitatem pupillorum sapienter ac considerate præscripsit Lycurgus: commendant instituta Solonis laudibusque extollunt præcepta Charondæ; Romanos vero cumpromis quilibet merito vocat hac in re cautos ac prouidos. Non infimum locum tutela parentibus priuatorum inter ea tenebat, de quibus decem illi viri leges suas scierunt; quantum vero postea de illa folliciti fuerint Quirites et quanto ardore incommodis, quibus adsciuntur pupilli, mederi studuerint, fatis luculenter monstrat ius ciuile, cuius quilibet liber magnam partem ex legibus consilium, de tutoribus curatoribusque latis. Ad quos quum accedunt nostrarés, siquidem nec hac in re de negligentia adcusari possunt; sed illi potius,

potius, alios moratores populos imitantes, etiam consilia, quemadmodum iactura, quam patre orbi faciunt, iis restituenda atque illi ab aliis educandi sint, inierunt haneque in rem leges rogarunt: nemini sane mirum esse debet, si tantam librorum, de turelis conscriptorum a ducentis abhinc annis, videat copiam: si nostra ætate celeberrimos iuris interpres in illustrandis legibus, quæ de iuvenis pupillis loquuntur, occupatos conspiciat; ego vero, tantorum virorum exemplis excitatus, in præsenti disquiram, num iura quoque *diuersas* eos, qui cum pupillo propinquitatibus vinculis haud sunt coniuncti, tutores constituant. Quum tanta eorum, qua scita sunt de pupillis, est copia, nemo de his ita se commentatum esse, gloriari potest, ut omnes res diligentissime persequuntur sit; nec in messe hac spicilegium reliquerit; sed ista fontis instar, quem haud exhaustire possumus, quotidie noua et, quæ, nondum satis explicata, maiorem lucem requirunt, dant scribendi argumenta, in quorum censu tutela quoque extraneorum legitima locum vindicat. Ut luculentius, quid quævis lex de illa iubeat, exponam, iura distinguam: primum, quid in iure Romano memoratu dignum reperiatur, profaram ac tum explorabo, num patria statuta ut propinquos; ita quoque extraneos designent, quibus tutela sit mandanda.

§. II.

Quo tempore de tutela legitima in legibus suis Romani mentionem facere cœperint, non tam luculenter constat; nec, ut id sciamus, nostra magni interest; istic tamen exploratum habemus, iurisconsultos vereres notionem *tutela legitima* non equalibus; sed mox latioribus; mox angustioribus terminis circumscripsisse. Notum quidem est ac constat inter omnes dupondios ac in iuris scientia tirones, tutelam diuidi in *testamentariam*, *legitimam* ac *datiuvam*; sed longe is fallitur, qui inde colligere ac sibi persuadere vellet, in omnibus legibus illam tutelam *legitimam* vocari, quæ diuersa esset a *testamentaria* ac *datiua*. Quid *legitimum* dixerint iuris periti, vetus interpres librorum ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ α) exponit, quem dicit: τὸ λεγίτιμον τὸ κεκρυ-

A 2

a) *veter. glossis verborum iuris*, quas EVERARD. OTTO, tom. III. *thesaur.*
de novo iuris publici fecit illustris vir, *iuris ciuilis*, p. 1739.

κενημένον εἰς τὸν ἐκδότην νόμον εἰς τὴν ἐκδότην ὀφελίαν, neque eum errasse, luculenter videmus, ubi ea, quæ leges vocant legitima, reputamus. Romani quidem iuris interpretes haud parciunt in adsignando hoc cognomine; neque illud accipiunt ea solum, quæ lex constituit; sed fortiuntur idem vel alia quoque negotia, si coniunctæ cum iis sunt sollemnes cærimoniae, quas, qui ista perficere vult, debet persequi: tamen nihilominus, omnia, quæcunque appellantur legitima, in eo conueniunt, quod legem requirant, quæ iis appellationem hanc conciliat b). Quæ si quis considerat, facili negotio

per-

b) si ex aliis præfici scriptoribus eius rei exempla addere liceat, faciunt legitimarum mentionem facit LVCANVS, libr. II. pharsal. V. 356. pag. 135. edit. FRANC. OVDENDORPII: coniugis legitime OVIDIVS libr. X. metamorphoson. V. 437. tom. II. operum. p. 720. ed. PETR. BVRMANNI: nuptiarum legitimarum, CICERO, libr. I. de iuuenione, cap. I. part. I. operum eius p.225. edit. GRONOVII ET APVLEIVS, libr. VI. metamorph. p.724. poematis legitimis, HORATIVS libr. II. ep. 2. v. 109. p.649. ed. BENTLEII. Alios iam omitto et adjungo iis potius leges quasdam, ut, quemadmodum illæ hac voce vtantur, inde elueat. VULFIANVS loquitur de pena legitima, l. 7. §. 1. D. de condit. furiuua, cui adde MARCIANVM, l. 1. §. 3. D. ad SC. Turpilliatum et legem 9. C. de furtis. Dicendi formula: legitimum tempus, vtantur l. 8. 10. et 11. D. de bis, qui norantur infamia: legitimæ artas l. vlt. §. 9. D. de publicanis: legitimæ conuentiones l. 5. et 6. D. de pactis: legitimæ summa l. 8. C. ne cerz. peratur: legitimæ vxor l. 4. D. de ritu nuptiarum: legitimæ sefes, l. 16. §. 1. D. de vulgar. et pupillar. substitutione: legitimus status, l. penult. C. quando dies leg. ced. legitimæ personæ, l. vlt. C. de Carboniano editio: legitimæ actio, l. 22. §. 2. D. de aqua et aqua, pluv. arcenæ, l. 14. §. 3. D. præscripsis verbis. Præfertim vero memoratu dignam illam significatiōnem duco, quæ vocabulo huic tribuitur, quum crimen, legibus notatum, vocatur legitimū, l. 3. §. 2. D. stellionatus: pena autem stellionatus nulla legitimæ est, quum nec legitimū crimen, cui addas l. 13. §. vlt. D. de bis qui norantur infamia, obseruatio legis, legitimæ obseruatio, l. 35. D. de donat. inter virum et vxorem: ius, quod ex legibus scriptis et potissimum duodecim tabularum constat, ius legitimū, l. 3. D. proficia: l. 69. pr. D. de legaz. 2. l. 14. §. vlt. de fiduciis. tutor. l. vlt. C. de testibus: verba legis, verba legitimæ, l. 8. C. de testamentar. tutela et l. 14. C. de restamentar. manumissione, quamvis THEODOSIVS et VALENTIANVS in l. 8. C. de testament. tutela per legitimæ verba latina intelligat: iuris cognitio, legitimæ sciencia, §. 4. proxem. insti. Confer: CASP. BARTHIVM aduersar. libr. LX. cap. 3. pag. 285. IACOB. GOTHOFREDVM, glos-

perspicet, illos iurisperitos haud reprehendendos esse, qui omnibus tutorum generibus legitimorum nomen tribuunt. SERVIVS c) tutelam generatim definit ideoque de omnibus tribus illius speciebus adfirmat, *eam iure ciuili datam esse ac permisam*, id quod eleganter THEOPHILVS d) græce conuertit, ἐν της πολιτικῆς ἀναγέσεις. Quum eo accedit, quod testamentaria per legem decemuirem; dativa per leges, a L. Attilio Regulo, tribuno plebis atque a consulibus, Augusto ac M. Titio, M. F. Rufo latas, introducta sit: iam, vtramque tutelam, et testamentariam; et datiuam, *legitimæ* nomen meruisse, intelligere possumus. Ideo eo minus mirum nobis esse debet, si reuera vtrique cognomen datum inueniamus. Quemadmodum enim VLPIANVS e) vtramque hereditatem, alteram, quæ ex testamento aliqui obuenit: alteram, quæ iure hereditario, *legitimam* vocandam esse censer hincque dicit: *lege obuenire hereditatem, non impudice quis dixerit et eam, quæ ex testamento desertur, quia lege XII. tabularum testamentarie hereditates confirmantur*; ita similis quoque ratio est tutelarum. In CONSTANTII f) constitutione, quæ in Iustinianeum codicem haud translata ideoque solum in Theodosiano, conseruata est, per legitimam tutelam, ut recte monet IAC. GOTHOFREDVS g), illæ, quæ testamento pariter ac ipso iure in aliquem transferuntur, sunt intelligendæ, quum hæc legitimus: *ab administratione enim tutelle, sive legitime; sive eius, quam magistratus; aut provincie rectores iniungunt, habeantur immunes*. Cum illa facere legem THEODOSIT, VALENTINIANI et ARGADII h), in qua cauent ac sanciunt imperatores, ut mulier sum demum petenda tutelle facultatem habeat, *quum tutor legitimus desertur*, ex TRIBONIANI interpolatione cognoscimus. Quum multa pro more suo in hac

A 3

con-

glossario nomico codicis Theodosiani, tom. VI. part. I. codicis memorati, pag. 226.
IO. CALVINVM lex. iuris, pag. 1080.
et BARNAE, BRISSONIVM, de verbor. significacione, tom. I. libr. X. p. 711. ed.
10. GOTTL. HEINECII.

c) l. 1. pr. D. de tutelis §. 1. l. de
tutel.

d) parapr. instir. hoc tit.

e) l. 130. D. de V. S.

f) l. 7. cod. Theod. de nunciariis.

g) comment. ad legem cit. tom. V.
cod. Theodos. p. 74. ed. RITTERI.

b) l. 4. cod. Theod. de tutoribus et
curas, creandis.

constitutione mutauit: tum varianda quoque censuit supra memorata verba ac: *quum tutor, vel testamentarius; vel legitimus defuerit, posuit i.*) Neque vero solum testamentaria; verum etiam dativa tutela *legitima* vocatur. Cuius quidem rei non exstat exemplum in iuris civilis libris; tamen, quum HARMENOPVLVS k) amplissimum nobis exhibet testimonium, satis iam inde videmus, omnes tres tutelas *legitimas* dici, quemadmodum pluribus verbis IAC. GOTHOFREDVSL), JOSEPH. NERIVS m), IO. SCHILTERVS n) et GERH. NOODTIVS o) monstrant. Quae quamvis ita sint comparata et sic quis fallatur longe, si quamlibet tutelam legitimam adpellari, neget: eadem tamen ratione minuenda esset opinio illius, qui inde concluderet, diuisiōnēm tutela in testamentariam, legitimam ac datiuam falsam atque adulterinam esse; neque fundatam in legibus. Quemadmodum latioribus; ita quoque s̄pēnumero: immo plerunque angustioribus terminis notio tutelæ legitime circumscripta est. Quamvis in eo omnes tutelæ conueniant, quod per legem scriptam sint introductæ hocque nomine eodem iure, quo legitima, reliquæ tutelæ *legitima* vocentur; istud tamen inter illas interest, quod leges, e quibus testamentaria et dativa natæ sunt, minime ipsos tutores designarint; sed aliis, facultatem, eos designandi, tantum concesserint; illæ autem, quæ terriam constituerunt, leges ipsos tutores nominent et uti tutores in testamentaria pater et in dativa magistratus; sic in *legitima* eos ipse dent. Quod quum VLPIANVS p) belle docet, dum dicit: *legitimos tutores nemo dat; sed lex duodecim tabularum fecit tutores*; luculenter adparet, ceteras id nomen neutquam vindicare posse, si ob eam rem tutelam hanc *legitimam* vocamus. Distinguit igitur tutelam in testamentariam, legitimam ac datiuam idem iurisconsultus q): *sue autem legitimi sunt; siue testa-*

i) l. 2. C. quando mulier tutela off. fungi posset: adde l. 5. C. de legit. tutel.

k) libr. v. tit. II. §. 3.

l) loc. indicat.

m) libr. II. analector. cap. XVII. tom. II. thes. iuris civilis Ottoniani, pag. 423.

n) prax. iuris Roman. exercit. XXXVII. §. 43. p. 388.

o) commentar. ad digesta, libr. XXVI. tit. 3. tom. II. operum, p. 545.

p) l. 5. D. de legitim. tutela.

q) l. 14. §. 5. D. de solution. et liberacionibus.

testamentarii; sive ex inquisitione dati, recte vel vni soluitur. Idem facit PHILIPPVS r) imperator: militie armatae muneribus occupatus, neque, si legitimus sit; neque si ex testamento datus fuerit, nec alio modo, et IVSTINIANVS s): veterem dubitationem amputantes, inquit, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris et vnius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant; non tamen diuersis regionibus destinati; legitimi autem; vel simpliciter dati omnes consentire compellabantur; alio vero loco quoque de episcopis, presbyteris aliquique, cultui religioso deuotis, dicit, eos immunitatem ipso iure habere tutelæ, sive testamentaria; sive legitimæ; sive datiuæ t). Repugnare quidem definitio his videtur, quam SERVIVS v) ita exhibet: tutela est vis ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui ob aetatem suam vix se defendere nequit, iure ciuili data ac permissa, siquidem in illa de tutela generatim atque vniuerso loquitur; quodsi vero reputamus, omnes illius species, vt supra tradidi, per leges introductas esse, inde adparet, SERVIVM merito per id quamlibet tutelæ speciem, quam genus amplectitur, potestatem iure ciuili datam vocasse; immo eum simul eleganter per voculas data ac permitta differentiam inter tutelam legitimam ac duas alias, testamentariam pariter ac datiuam, indicasse, luculenter perspicimus, si paullo intentis oculis rem intueamur. Quum maximam sane quis iniuriam iurisconsultis faceret, qui eos loquaces atque in verbis faciendis nimios fuisse, statueret, SERVIVM non sine ratione duobus verbis ysum fuisse, certum est. Qui paullo potius liberalioris ingenii est, statim videbit, per vim ac potestatem iure datam legitimam, in qua tutores lex dat; per vim vero ac potestatem, iure permittam testamentariam pariter ac datiuam intelligendam esse, quippe ibi leges permitunt patri pariter ac magistratu, vt tutores designent. THEOPHILVS x) quidem SERVIVM non ita interpretari videtur, quum verba illius græce ita conuertit:

ēπι-

r) l. 4. C. qui dar. ruit. poss.

s) l. 5. C. de auctorit. præfanda.

t) l. 52. C. de episcopis et clericis:
confer HIER. ALEANDRVM ET IAC.
OISELIVM not. ad Caium, insit. libr. I.
tit. VII. in iurisprudentia Anteinsteinia-nea ANTON. SCHVLTINGII, p. 61.
et EVERARD. OTTONEM, not. crit. et
commentar. in insit. p. 104.

v) l. 1. D. de ruelis.

x) parapr. insit. tit. de ruelis,
§. I.

ἐπιτερπή ἐστὶν δίκαιον τι καὶ ἔξουσία κατὰ ἐλευθέρας καθαλῆς διδομένην καὶ πρὸς ἀσφαλείαν αὐτῆς ἐπινεγμένην, διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελεῖς, ἢ δυναμένης αὐτῆς ἑαυτῇ προστάσιαν εἰς τῆς πολιτικῆς ἀνεξίας ἐπιτεργαμμένην, tutela est ius quoddam ac potestas in liberum caput data et ad tuendum eum inuenta, qui per etatis imbecillitatem se defendere non potest, iure ciuili permitta; sed ita doctissimi iuris interpres eum exponunt, MATTH. WESENBECKVS, y) HVGO DONELLVS z), MARCVS LYCKLAMA A NIEHOLT a), PETRVS DE TOVLLIEV b), illustris EVER. OTTO c) atque alii.

§. III.

Ex his quum clare paret, dupliquidem ratione leges vocem *legitimū*, quum eam tutoribus adsignent, adhibere; frequentius tamen illas preesse atque anguste vocabuli illius vim definire eosque tantum tutores *legitimū* nominare, quibus lex ipsa tutelam committit: facile sane quisquis perspiciet, quam potestatem adpellationi huic tribuamus, de legitima extraneorum tutela loquentes. Quum VLPIANVS d) ipse ea, quae supra tradidimus, confirmat et solum eam tutelam, quae differt a testamentaria ac dativa, *legitimā* dicit: *tutores legitimū*, inquit, *sunt, qui ex lege aliqua descendunt*: neque aliter tutores *legitimū* intelligimus, ad quos extraneos referimus; sed eos propinquitatē vinculis cum pupillo haud coniunctos *legitimū* tutores adpellamus, quibus tutelam leges *ἀμεσῶς* committunt. Itaque minime illis extraneis locum hic concedimus, qui per testamentū patris; vel iussū magistratus tutela potiuntur: contra, quum leges, vt VLPIANI e) verbis vtar, vel νόμοι ἕγγραφοι, vel σύγραφοι sunt ideoque vtrumque eorum genus, tamquam species, subiectas generi, pro legibus putant iuris consulti: extraneos tutores, siue ex his; siue ex illis descendant, *legitimū* vocamus, vt recte

y) commentar. in insit. libr. I, tit. XIII. p. 186.

z) libr. III. commenziarior. de iure ciuili, cap. I. tom. I. p. 133.

a) membranar. tom. II. libr. VI. eclog. XII. p. 56.

b) in collectaneis, dissertat. VIII. p. 287.

c) not. crit. et commentar. in insit. tiones, p. 104.

d) tit. XI. fragment. §. 3. in iuris.

prud. Auxiustiniana, p. 594.

e) l. 6. §. 1. D. de insit. et iure.

recte iam IO. PETRVS DE LVDEWIG f.) moner; neque distinguimus, num illis eiusmodi officium impositum sit a lege; a populo Romano lata; an plebiscito, senatus consulto, prætorum edicto, principum et sanctionibus; an ex sola interpretatione prudentum illud descendat. Omnes hæc juris species ad leges referuntur; nec de ea re, si interpretationem excipiamus, quis dubitabit; hanc tamen quoque eo pertinere, multa effata testimonium præbent. Memorata digna sunt, quæ de illa profert atque enuntiat POMPONIVS g); *hæc disputatio et hoc ius, quod sine scripto venit, compositum a prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut ceteræ partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus ceteris partibus; sed communi nomine appellatur ius ciuile.* Vera esse, quæ POMPONIVS, quasi historici partibus fungens, scribit, exemplis suis monstrant VLPIANVS b), PAVLLVS i) et cumprimis IVSTINIANVS k), qui eius interpretationis per nomina iuris ciuilis, commentitii ac iurisprudentie mediae mentionem facit: immo eam ob rem iuris peritis is honor contigit, ut splendidam legum auctorum: iuris conditorum adpellationem fortirentur. Accipit illam a VELLEIO PATERCVLO l) Scœuola: ab EUTROPIO m) Domitius Vlpianus: a IVSTINIANO n) Sextus Aelius; alia vero leges iurisconsultis non nominatim; sed generatim nomen auctorum iuris o) eiusue conditorum

f) in opusculis miscellis, tom. II. dis. 3.
diff. 12. p. 1105.

g) l. 2. §. 5. D. de orig. iuris. confer
HVGON. GROTIUM, florum sparsio, ad
ius Iustinian. p. 18.

b) l. 32. D. de obligat. et actionibus.

i) l. 7. D. de bonis damnatorum.

k) pr. l. de rufacionibus: §. 3. l. de
testamento ordinandis: §. 3. l. de exherede-
dar. liberor. §. 25. l. de legatis: §. 9. l.
de hered. qua ab intestat. defer. §. 1. l.

l) libr. XI. cap. 26. §. 2.

m) libr. VIII. cap. 23. p. 390.

n) l. 1. C. de commun. seru. manu-
mitt.

o) euoluas VLPIANVM, l. 17. D. de
iure paronarus: PAVLLVM l. 3. D. si
pars beredit. peratur: MODESTINVM,
l. 39. D. de act. emiti, quibus merito
adiungas inscriptionem rit. D. de orig.
iuris, vbi pro verbis: et successione eorum
in Florentini digestis legi: et successio-
ne auctorum, obseruat IAC. GVIACIVS
libr. VII. obseruat. cap. 26. p. 211. edit.
celeb. IO. LVD. VHLII.

etorum p) tribuunt ac simul satis declarant, etiam illam interpretationem inter leges locum obtinere. Quodsi itaque omnes, quas memoravi, iuris species leges sunt et, qui ex legibus descendunt, eos legitimos tutores vocat VLPIANVS: recte inde colligimus, tutores, ex qualibet lege isti nati sint, *legitimorum* nomen postulare posse; neque legem duodecim tabularum esse eiusmodi, ut solum ea, quae per illam scita sunt ac constituta, *legitimorum* nomine ab aliis se distinguant. Quando quidem leges nostras intuemur, insitari haud possumus, quemadmodum alioquin per *legem* a priscis eam, quae ab ipso deo lata populoque suo data, intellectam esse, obseruet IAC. PERIZONIVS q); ita quoque illas hasce tabulas per eminentiam *legem* et, quod illae fanciunt, *legitimum* vocare videri. MODESTINVS r) de usucapione dicit: *est adiectionis dominii, per continuationem possessionis temporis lege definiti:* VLPIANVS s) ait: *lege obuenire hereditatem non inpropre quis dixerit et eam, que testamentum defertur;* alia vero lege t): *nam et de furto pacisci lex permittit.* Aliorum scriptorum, CICERONIS v), FESTI x) ceterorumque dicta iam tacitus prætereo, quae industria collegit THEOD. MARCILIVS y). In omnibus his effatis per legem iurisconsultos decemuiraalem intelligere, concedo: largior quoque, sæpen numero, quod illa constituit, legi-

p) L. 25. C. de procuratoribus, ubi eos, qui plura hac de re disputant, adiicio: ALBERIC. GENTILEM, libr. III. lection. cap. 3. p. 162. IAC. RAEVAR- DVM, de auctoritar. prudentium, tom. I. oper. p. 952. IO. DOMIN. MARTVC- CIVM, libr. III. variar. explanat. cap. 77. pag. 265. RADVLPH. FORNERIVM, libr. V. rev. quotidianar. cap. 3. tom. II. thesauri iuris civilis EV. OTTONIS, p. 258. IACOB. CVIACIVM, libr. VII. obseruat. cap. 26. p. 24. IACOB. PERI- ZONIVM, in dis. de lege Voconia, in opusculis ciuius minoribus, diff. II. p. 220. IAN. VINC. GRAVINAM, orig. iuris ciuii. p. 86. CORN. VAN BYNCKERS-

HOECK, prætermis. ad I. 2. D. de orig. iuris, §. 5. in opuscul. eius variis argumen- tis, tom. II. p. 20. fq.

q) in dis. de confir. diuina super du- cenda defunctorum fratribus uxore, in opus- cius minoribus, dis. I. p. 11.

r) L. 3. D. de usurpar. et usucap.

s) l. 130. D. de regul. iuris.

t) l. 7. §. 14. D. de pacis.

v) libr. VIII. ad familiar. ep. 8.

x) voce: percunctatum.

y) collect: leg. XII. tabular. tom. III. thesauri iuris ciuilis EVER. OTTONIS, p. 227.

legitimum vocari ^{a)}; ex eo tamen nemo colligere debet, inde solum id, quod ex lege hac decemuirali descendat, hoc nomen accipere; neque istud iis, quae per alias leges scita sunt, tribui posse. Fauere iis quidem, si qui sunt, qui istud opinantur, videtur **VIPIANVS a)**, vbi dicit: *legitimi tutores sunt, qui ex lege aliqua descendunt: per eminentiam autem legitimi dicuntur, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur;* ex illo tamen effato nondum effectum est, ut nomen legitimi haud id adsciscere possit, quod ex legibus decemuiralibus non natum est. Quum iurisconsulti pro legum peritis plerosque suorum librorum componerent hancque ob rem crederent, lectores illorum iam scire, quae leges hoc; vel illud sanxerint, non insitatum iis fuit, vt satishaberent, si, legem hoc; vel illud dicere, obseruarent; nec quenam lex id dicat, designarent. Itaque vtebantur non solum hoc modo, quum de dicendi argumento sermo esset, in quo ad legem duodecim tabularum prouocarent, id quod eo frequentius eueniebat, dum legem decemuiralem cum primis puerique ipsam discerent: ideo præ ceteris illius adpellationem superuaciam arbitrarentur et omni fere tempore illam solum, obseruante **ANT. SCHVLTINGO b)**, per *ius antiquum*; seu per *legem antiquam* indicarent; verum etiam idem eis in more positum fuisse, quum de aliis legibus loquerentur, statim patrebit, vbi omnia ratione animoque lustraueris. Nimiris longe ab oratione digrederer, si omnia eius rei exempla, quae leges nobis exhibent, memorarem: nonnulla hanc ob rem, vt dictis fidem faciam, tantum adferam. **PAVLVS c)**, quum monstrat, quemadmodum seruitutem, qui illa nou vtatur, amittat, dicit: *si alternis diebus; aut die toto; aut tantum nocte, statuto legibus*

B 2

tom-

^{a)} conferas: **IAC. CVIACIVM**, in *Iulio Paullo*, tom. II. operum, p. 53. **IAC. GOTHOFREDVM**, in *leg. XII. tabular. tom. III. thesauri iuris*, supra citati, p. 103. **EDM. MERILLIVM**, libr. V. obseruat. cap. 10. **IAN. A COSTA**, *notis ad tit. I. de legit. agnatorum tutela*: **IOS. MERCERIVM** libr. II. *opiniorum*, cap. 3. tom. II. *thes. Otton.* *iuris ciuilis*, p. 1611.

THEODOR. MARCILIVM, loc. indicato et **ATHANAS. AB OTEYZA ET OLANO**, *libr. III. paralipom.* cap. 9. tom. I. *thesaur. iuris ciuilis MEERMANNI*, p. 507.

^{a)} fragment. tit. XI. §. 3. in *iuris prudentia Anteiusciuanea*, p. 594.

^{b)} not. ad *Vibianum*, loc. cit. p. 597.

^{c)} l. 7. **D. quemadmod. seruitutem amittuntur.**

tempore amittitur. MARCELLVS *d)*, qui legis Numæ Pomplii de prægnante muliere, non sepelienda, mentionem facit, ut coniiciunt ANTON. AVGUSTINVS *e)*, ZACHAR. HYBERVS *f)*, CHRIST. GOTTFR. HOFMANNVS *g)* et præsertim S. H. VAN IDSINGA *h)*, se satisfecisse lectoribus suis credidit, quum, legem illam regiam fuisse, commemoraret; neque adiiceret, quænam lex regia fuerit, quamvis plures essent leges regiæ et a pluribus regibus latæ: *negat lex regia,* inquit, *mulierem, que pregnans mortua sit, humari:* PAVLVS *i)* dicit: *tutor, lege non refragante, si dederit rem pupilli pignori, tuerendum erit.* Alio loco, quum de senatusconsulto Macedoniano loquitur, VLPIANVS *k)* solum dicit: *si filius familiæ contra senatusconsultum mutuatus pecuniam soluerit, quod etiam facit, dum de transactione de alimentis sermo est l): item, si ob transactionem alimentorum, testamento relictorum, datum sit, adparet, posse repeti, quod datum est,* quia transactione senatusconsulto confirmatur, quibuscum verbis aliam quoque legem *m)* coniungas. Quemadmodum vero per legem alias quoque sanctiones intelligebant; sic similiter id, quod ex legibus aliis descendit, legitimum vocabatur eadem ratione, qua alioquin ea, quæ per legem deceuniralem constituta erant, id nomen sunt fortiora. MARCIANVS *n)* de legitima calumniatorum poena loquitur. Si in eam adcuratius paullo inquirimus, pena ex lege Remnia, eodem iurisconsulto auctore *o)*, descendit, quemadmodum pluribus HENRICVS BRENCMANNVS *p)* monstrat. VLPIANVM *q)* per legitimum crimen tale facinus intelligere, quod non lege solum deceuniorum; verum etiam aliis notatum,clare ex eo videmus, quod antea stellionatum

d) I. 2. D. de mortuo inferendo.

e) de legibus et senatus consult. p. 130.

f) disserat. philolog. et iuridicis, libr.

III. diff. 7.

g) tom. II. hist. iur. vol. I. p. 39.

h) varior. iuris ciuilis libro, cap. XIII.

p. 116.

i) I. 16. D. de actione pigneratitia.

k) I. 14. D. de rebus creditis.

l) I. 23. §. 2. D. de condicione indebiti.

m) I. 12. §. 11. sqq. D. mandati.

n) I. 1. §. 3. D. ad SC. Turpilianum.

o) I. 1. §. 2. D. hoc tir.

p) lege Remnia; sive de eius exitu libro

singulare, qui eruditus conscriptus libellus, tomo III. thesauri iuris ciuilis, in quem p. 156. ab EV. OTTONE translatus est, multum adferit splendoris.

q) I. 3. §. 3. D. stellionatus.

r) I. 2. D. hoc tir.

natum coercionem extraordinariam habere dicat atque inde, ut obseruat etiam IACOB. CVIACIVS^{s)}, concludat, p̄enam stellionatus nullam legitimam esse; neque eam crimen legitimum. Luculentissime vero rem demonstrat adpellatio legitimarum conuentioneerum. Nomen hoc accepisse iam a priscis iurisconsultis illa pacta, quibus non solum duodecim illae tabulæ; verum etiam aliae leges obligandi virtutem conciliant, luculentè docet PAVLLVS^{t)}, dum ita legitimam conventionem definit: *legitima conuentio est, qua lege aliqua confirmatur et ideo interdum ex pacto actio nascitur; vel tollitur, quotiens lege; vel senatusconsulto adiuuatur, et simul recentiores doctores egregie purgat, quum pacta, quæ de dote: quæ de usuris ineuntur aliae, licet ex legibus decemviralibus originem haud trahant, legitima vocant.* His quum accedit, quod vtraque tutela, et patronorum; et parentum, quamvis in legibus saepius memoratis duodecim tabularum minime; sed in sola interpretatione prudentum sint fundatae, legitimarum nomen acceperit, qua de re plura elegantioris iurisprudentia illustris vindex, GEORG. CHRIST. GEBÄVERVS^{v)} exponit: eo minus dubitamus, quin tutores, ex quacunque lege descendant, legitimi vocandi sint; neque his VLPIANVS^{x)} refragetur; sed ille legitimam agnatorum tutelam intelligat, dum dicit: *legitimos tutores nemo dat; sed lex duodecim tabularum fecit tutores.*

§. III.

HAEC de tutela legitima, generatim spectata. Mihi iam satis superque disputasse videor, quam tutelam per legitimam intelligamus, ideoque si quoque sunt, quæ adhuc adferre potuisse, consulo supersedeo hoc labore. Propius potius ad extraneos, quos leges Romanæ ad tutelam αμέτως vocarunt, me conuerto et ab origine

B 3

tutelæ

^{s)} libr. x. obseruat. cap. 26. p. 33r.

^{t)} l. 6. D. de pactis, vbi vide, quæ ad eam adnotauit IAC. CVIACIVS, in Iul. Paullo, libr. III. ad edict. tom. II. operum, p. 52, sq.

^{v)} in excursib⁹ ad librum I. institut. adiectis ordini institution. Iustinianear.

excurs. v. p. 304.

^{x)} l. 5. D. de legitima tutela. Eadem ratione interpretandus est THEOPHILVS, qui paraphras insit. pr. de legit. patronor. tutela agnatos καὶ ἐξεγενεῖς vocat λεγίτιμους: ἀλλὰ λεγίτιμοι; Agnatus igitur?

tutelæ illorum legitimæ inuestiganda initium capio. Quum a fera
agrestique vita Romani ad humanum cultum ciuilemque nihil fere;
aut admodum paullulum essent sub regibus deducti hineque in eo-
rum legib[us] de tutelis, quantum ex fragmentis illarum, quæ veluti
tabulæ ex naufragio ad nos peruererunt, perspicere licet, nihil sanc-
tum: multo magis operam perderem, si primordia tutelæ, quam
iam explicò, ex illis explorare, in mentem mihi veniret. Magis com-
modis pupillorum consulere studuerunt duodecim tabulæ. Quæ vñ
patri potestatem, tutores nominandi, tribuerunt; ita quoque, his de-
ficientibus, legitimos tutores constituerunt, his verbis, quemadmodum
ea ex VLPIANO^y) restituunt nobisque exhibent, IAC. GOTHOFRE-
DVS^z), IAC. CVIACIVS^a), CONRAD. RITTERSHVSIVS^b),
THEOD. MARCILIVS^c), IAC. RAEWARDVS^d), IAN. VINC. GRA-
VINA^e), IO. NICOL. FVNCCIVS^f) et CHRIST. GOTFR. HOF-
MANNVS^g): SEI. PATERFAMILIAS. INTESTATO. MORITOR.
QVOL. ENDOPOVBES. SOYOS. HERES. ESCIT. ADCNATOS
PROCYSVOS. TUTELAM. NANCITOR. Præter haec nihil sanctum
inuenimus in legib[us] illis de tutela legitima quinque ea ad agna-
torum tantum tutelam pertinent; nulla sane ratione origo extraneo-
rum tutelæ querenda esse videtur in duodecim tabulis. Verum
enim vero penitus ut nos operam perdamus, si inde illas deriuare
studemus, fore, non speramus, quum sententia hac in re prius haud
ferenda sit; quam, si quis non verba solum; verum et rationem
legis considerauerit. Duplex illa esse potest. Si agnatis Romani
tutelam commiserint ob propinquitatem, cuius vinculo cum pupillo
coniuncti sunt, quæ quantam vim quantamque necessitatem habeat,
eos haud fugit, certum est, tutelam extraneorum ex illa haud esse
deriuandam; quodsi vero munus hoc in agnatos detulerint, propte-
rea

^y) l. i. et 3. D. de restamentar. tutel.
tit. xi. fragm. §. 3. p. 594.

^z) font. quatuor iuris ciuiliis, tom. IIII.
thesaur. iuris ciuiliis Ottomani, p. 193.

^a) libr. x. olseruar. iuris, cap. II.
pag. 309.
^b) dodecatelr. clas. II. cap. II. p. 103;

^c) leg. XII. tabular. tom. IIII. thesaur.
iur. ciuiliis OTTONIS, p. 262.

^d) ad leg. XII. tabul. cap. 22.

^e) orig. iuris ciuiliis, p. 467.

^f) l. XII. tabular. p. 246.

^g) histor. iuris, vol. II. part. I.
p. 200. sq.

rea quod commodum successionis habeant, alia res est. Quum me-
rito eum eiusue bona tucantur, cuius hereditas ad ipsos aliquando
peruenit: tum legislator, quod vna in re posuit, ad permissas
transferrri voluit: solummodo ab agnatis exemplum petit: tacitus
omnes successores intellexit ideoque et extraneos, si qui sunt, qui
pupillo succedant, ad tutelam vocavit. Quodsi istud exploratum
habemus: cetera sponte atque illico ex eo fluunt. Neque enim istud
legislatoribus esse acumen, ut omnia circumcirea perspiccent ac
prouiderent, bene intelligebant iurisconsulti. Neque leges; neque
senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoque in-
cidet, comprehendantur, ait IVLIANVS b): idemque alia lege dicit,
postquam eamdem rem aliis tantum verbis repetit i): sed quum in
aliqua causa sententia eorum manifesta est, is, qui turisdictioni p̄œst,
ad similia procedere atque ita ius dicere debet. Eamdem ob rem
CELSVS k) scire leges, inquit, non hoc est, verba earum tenere; sed
vix ac potestatem; VLPIANVS l) vero: verbum: ex legibus, sic acci-
piendum est tam ex legum sententia; quam ex verbis, quibuscum facit
IVSTINIANVS m), rem ita luculenter confirmans: nos enim non
verbis; sed ipsis rebus leges imponimus. Refragari his quidem IVLIA-
NV M^m n), sibi persuadet PAGANINVS GAVDENTIVS o); eleganter
tamen eundem cum ceteris conciliat MARC. ANTON. MARTVC-
CIVS p), præter quem hac de re digni sunt, qui videantur: MARC.
ANTON. MVRETUS q), HVG^r DONELLVS r), FRANC. DVARE-
NV S^s), MARC. LYCKLAMA A NIEHOLT t), HVG^v GROTIUS u)
et beat. CHRIST. HENRIC. ECKHARDVS x).

§. V.

- b) 1.10. D. de legisbus.
- i) 1.12. D. de legisbus.
- k) 1.17. D. hoc cit.
- l) 1.6. §. 1. D. de V. S.
- m) 1.2. C. commun. de legisbus.
- n) 1.20. D. de legisbus.
- o) libr. I. iurid. expofition. cap. 4.
tom. III. theſaur. iuris ciuiliſ. EVERARD.
OTTONIS, p. 340.
- p) libr. II. variar. explanaz. cap. 48.
p. 164.
- q) comment. de origine iuris Ro-
mani, tom. III. memorati theſauri,
p. 190.
- r) libr. I. commentarior. de iure ciuili,
cap. 14 tom. I. p. 37.
- s) comment. ad dig. tit. de legisbus,
cap. 9.
- t) libr. VII. membranar. eclog. 43.
tom. II. p. 400.
- v) floramspars. ad ius Iuſtin. p. 317.
- x) hermeneut. iuris, libr. I, cap. I, p. 19.

§. V.

QVVM antea, quam ob rationem tutelas agnatis demandauerint decemuiriri, explorare me oportet, si sententiam ferre mihi in animo sit: num origo tutelæ nostræ extrancorum legitima in legibus duodecim tabularum sit querenda? mentis quidem acie comprehendimus, heredem pupilli optime fortunis illius succurrere ac prouidere, quippe quæ vt conseruentur, ipsius multum interest; tamen, quum peripicimus quoque, pupillum in periculum maximum vocari ac discrimen, si illius in potestatem subigatur, qui morte huius fortunatum se vider: configimus ad historiarum monumenta et, vt ex illis eruamus, studemus, quid sit, quod decemuiriri legem hanc fanxerint. Eorum, quæ scita sunt in tabulis decemuiriorum, maximam partem ex Græcorum populorum, Atticorum, Laconum aliorumque moribus institutisque esse sumitam, nemo; nisi totius iuris historiæ sit rudis atque expers, ignorat. Quodsi iam leges illorum atque in primis Laconum intuemur adecurare, habemus fane, cur concludamus, tutelam ob successionem in lege decemuiriali agnatis esse demandatam. Nihil quidem in iis, quæ Spartanis præscripsit Lycurgus, de tutoribus fancitum inuenimus, quemadmodum ex legibus eius, quas exhibent XENOPHON ^{y)}, SVIDAS ^{z)}, et e recentioribus THOMAS CRAGIVS ^{a)} et doctissimi litti Angli ^{b)}, patet; scriptores tamen, memoriae mandantes litterisque, quæ de regibus Lacedæmoniæ memoratu digna credidere, enarrant quoque, si aliquando imperium ad minores atque impuberes peruererit, quis curam eiusmodi regiorum pupillorum gesserit et loco eorum sederit ad gubernacula reipublicæ. Perpicimus ex eo, omni tempore agnatis iisque potissimum, qui vt proxime successuri sint pupillo, habent spem, gratissimum

^{y)} libr. VI. bistor. cap. 46. tom. I. operum, pag. 683. edit. IAC. GRO-
NOVI.

^{z)} in lexico, voce Αυγεγέος, tom. II.
p. 470. edit. LUDOLPH. KVSTERI.

^{a)} de republica Lacedamoniorum,

libr. III. cap. I. tom. V. thesaur. antiquitar. Græcarum IAC. GRONOVII, p. 2583.
sqq.

^{b)} bistor. vniuersalis mundi, tom. III.
libr. I. cap. XVIII. §. 642. p. 459. edit. ce-
leberr. SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

mum illud munus esse commissum. Tutela illis alioquin eo con-
filio credebatur, VLPIANO c) teste, ut, qui sperarent hanc succes-
sionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur, hincque istud commo-
dum non ex tutela solum regiorum pupillorum; verum etiam priua-
torum, agnatis proximisque heredibus imposita, proueniebat. Quae
quam ita sunt comparata, summa sane nobis se offerunt rationes, cre-
dendi atque inde concludendi, istud in moribus non solius domus
regiae; sed totius Laconici regni fuisse possum. Quidam deceperet
Polydectes uxore eius, se grauidam esse, adfirmaret, Lycurgus
regnum administrabat et, parto filio, eius tutelam suscipiebat, ille
Lycurgus, qui legislator erat Laconum celeberrimus et frater Poly-
dectis, ut ex AELIANO d) et PLVTARCHO e) scite comprobatur.
MEVRSIUS f). Luculenter hanc rem comprobatur PLVTARCHVS g):
ἀποθανόντος δὲ καὶ τέττα, Polydecte videlicet, μετ' ὀλίγον χρόνον,
ἔδει βασιλέυειν, ὡς πάντες φοντο, τὸν Λυκῆγον καὶ πρὶν γε τὴν
γυναικα τῇ ἀδελφῷ Φανερὸν ἐσεσθαι κύρσαν, ἐβασίλευεν ἐπεὶ δε
τέττα τάχιστα ἥθετο, τὴν μὲν βασιλείαν, ἀπέφυνε τῇ παιδὸς ψυχαν,
ἄνπερ ἄρρην γένεται, τὴν δὲ ἀρχὴν αὐτὸς ὡς ἐπιτρόπος διεῖπε, mortuo
vero etiam illo non multo post, ad Lycurgum, ut exigitabant omnes, perine-
bat regnum ac priusquam uxorem fratris veterum constare ferre, regnauit.
Simil autem id cognovit, pueri, si masculus is nascetur, regnum esse,
declarauit idque ceu tutor administravit, cui accedunt IUSTINVS h),
ARISTOTELES i) ac STRABO k), ut plura hac de re. THOM.

CRA-

c) l. i. D. de legitimis tutoribus.

d) libr. XIII. variar. historiar. cap. 23. p. 888. edit. AFR. GRONOVII.

e) in Lycurgo, tom. I. oper. p. 46.

f) de regno Lacedæmoniorum, cap. 16. tom. V. thes. ant. græcar. p. 2259.

g) loc. memorat.

h) bishor. Philipp. libr. III. cap. 2. §. 5. p. 95. ed. GRAEVII.

i) libr. II. politicor. cap. 8.

k) libr. X. rer. geograph. tom. II. pag. 737. ed. THEOD. IANS. AB AMELOO-

VEEN. HERODOTVS quidem, libr. I. bishor. cap. 65. p. 25. ed. IAC. GRONOVI, Lycurgum Leobota tutorem esse, adfirmat, quum dicit: Λυκῆγον ἴντερ-
σινσαντα λεωβότεων ὀδελφότεων, μεν ειντει,
βασιλέυοντος δὲ Σπαειντέων, Lycurgum, quum fuisset tutor filii fratris sui, Leobote Spartiarum regis, quod etiam, auctoritate tamon HERODOTI, ut ipse
confitetur, ducus, adfirmat PAVSANI-
AS, libr. III. cap. 2. p. 707. HERO-
DOTVM tamen maximo in errore ver-
sari

C

CRAIGIVS ^{l)}, ANDR. TIRAQVELLV S ^{m)}, IO. MEVRSIUS ⁿ⁾, IO. MARSHAMVS ^{o)}, LVDOV. FRANC. DE LA BARRE ^{p)} aliique expoununt. Neque vero solus Lycurgus tutelam eius, cuius proximus heres exstitit, administravit; sed plura adhuc eius rei suppeditant exempla scriptores. Pausaniam, Plisarchi consobrinum, huius tutelam gessisse, quum ad imperium, priusquam impuberratis annos compleuisset, eueheretur, testis est ΤΗΥCYDIDES ^{q)}, qui ppe qui de eo dicit: Πλεισαρχον γαρ τὸν λεωνίδην, ὅτα βασιλέα καὶ νέον ἦτι, ἀνεψιὸς ὡν ἐπετρόπενεν, Plisarchi enim, Leonida filii, quum rex et puer adhuc esset ipse, qui eius erat consobrinus, tutelam gesserat. Confirmat id quoque PAUSANIAS ^{r)}: Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου βασιλεὺς μὲν οὐκ ἐγένετο. ἐπετρόπενων γαρ Πλεισαρχον τὸν λεωνίδου καταλειφθέντα ἔτι παιδα, Pausanias autem, Cleombroti filius, non quidem rex siebat. Tutor enim erat Plisarchus Leonida filii, adhuc pueri, relikti, quocum DIODORVM SICVLVM ^{s)}, HERODO-
TVM ^{t)}; et recentioribus vero præter sèpius laudatum MEVRSI-
VM ^{u)} et HENRIC. DODWELLVM ^{x)} coniungas. Et quum, Acro-
tato mortuo, filius eius posthumus natus esset, illius tutor, PLV-
TARCHO ^{y)} teste, Leonidas erat, quem patrui eius filium fuisse,
non

sari et Lycurgum, quem tutorem fuisse
putat, impubere Leobota, nondum fuisse
natum, luculentor docent: IO. MEVR-
SIVS de regno Lacedæmon. cap. 9. tom. v.
thes. antiquitatum græcarum, p. 2243,
IAC. PERIZONIVS, not. ad Aelianum,
libr. XIII. var. histor. cap. 23. p. 888. et
auctores historiae viuenter mundi, loco
citato.

^{l)} de republ. Laconum, libr. II. cap.
II. tom. V. thesaur. antiquit. græcar.
p. 1270.

^{m)} de iure primigenitorum, quæst. XXXX,
num. 208. tom. I. operum eius, p. 472.

ⁿ⁾ loco excitat.

^{o)} in canon. chronico, scit. XVII,
p. 450.

^{p)} dans les éclaircissements sur l'histoire de Lycurgue, in mémoires de l'acad. des inscriptions, tom. X. p. 414. sqq.

^{q)} libr. I. de bello Pellenonnesiac. cap. 132. pag. 85. edit. CAROL. ANDR. DVCKERI.

^{r)} libr. III. cap. 4. p. 214. edit. KÜHNII.

^{s)} libr. XV. bibliothec. cap. XV. tom. I.
operum, p. 488. ed. celeberr. PETRI WESELINGII.

^{t)} libr. VIII. cap. IO. p. 512.

^{u)} de regno Lacedæmon. cap. 12. tom. V.
thes. antiquitat. græcarum, p. 2249.

^{x)} in annal. Thucydidis, quas Thucy-
didis operibus adiecit DVCKERVS.

^{y)} in Agide, tom. I. op. p. 795.

non ex illo solum; verum etiam PAVSANTIA^{a)} planum fit. Hæc quum ita sint, facile inde, quæ fuerit ratio legis Romanæ, augurari possumus, si ex moribus Laconum est petita, siquidem illi nemini, nisi agnato, qui proximus successor erat, mandarunt tutelam ideoque successionis cominodum semper ratio fuit, cur onerarent aliquem isto incommodo. Legem istam decemuiralem ex Laconum institutis originem suam trahere, magui viri, GEORG. SCHVBARTVS *a)*, 10. GOTTLIEB HEINECCIVS *b)*, CHRIST. GOTTFR. HOFMANNVS *c)* aliique statuerunt. Neque est, quod hac de re dubitemus. Romanos leges sapientissimi Spartanorum legislatoris, Lycurgi, dignas indicasse, quas imitarentur, ideoque et nonnullas illarum in duodecim tabulas translatas esse, AMMIANVS MARCELLINVS *d)*, PLINIVS *e)*, ATHENAEVS *f)*, SYMMACHVS *g)* et IVSTINIANVS *h)* luculentissimi testes sunt; vberius vero rem monstrant: ANT. CONTIVS *i)*, IOS. AVERANIUS *k)*, PAVL. MERVLA *l)*, GEORG. SCHVBARTVS *m)*, CHRIST. AD. RUPERTVS *n)*, 10. GOTTL. HEINECCIVS *o)*, 10. NIC. FVNCCIUS *p)*. Ex aliorum populorum quidem Graecorum institutis quædam perierunt Romani; quæ illi tamen de tutela fanciunt, ita sunt comparata, ut quisquis, qui nec vñquam iuris disciplinis operam dedit, statim videat, ex illis legem nostram haud profluxisse. Scriptores ab iniuria temporum vindicarunt, quas Atheniensibus

C 2

nienibus

a) libr. I. cap. XIII. p. 32.*a)* de fatis iurisprud. Rom. §. 24.*b)* antiquitat. Rom. iurisprud. illustrant. syntagmate, tom. I, libr. I. tit. XII. p. 190.*c)* histior. iuris, volum. I. libr. I. period. III. sect. I. p. 26.*d)* libr. XVI. cap. 5. p. 124. ed. IAC. GRONOVI.*e)* libr. VIII. epist. 24. p. 624. edit. DAN. CHRIST. LONGOLII.*f)* libr. VI. de ipso iuris, cap. 21.*g)* libr. III. epist. 2.*h)* §. 10. I. de iure naturæ, genitum et ciuili.*i)* lection. subficiarum, cap. 2.*k)* libr. I. interpretat. iuris, cap. 25. num. 8.*l)* de leg. Romanar. cap. XII. §. 1.*m)* de fatis iurisprud. Roman. §. 24.*n)* de orig. iuris, cap. 5.*o)* loco excitato.*p)* memorat. loco. Longe aliter tamen sentit celeberr. EVERARD. OTTO, præfat. tom. III. thesauri iuris ciuiliis præmissa, p. 9. vbi ex Laconum institutis nihil ad Romanorum leges migrasse, monstrare studet et præsertim testimonio AVGVSTINI, libr. II. de ciuit. dei, cap. 16. nititur.

nientibus suis Solon et Thuriis Charondas de tutela ac cura parentibus orbatorum dederunt, leges q). Athenienses minime cum VLPIANO r) conspirabant; nec prouidum putabant eum, qui proximis heredibus tutelam committeret, vt maiore cura hi bona tuerentur et, ne detrimenti quid illa caperent, viderent; sed, quum crederent, heredibus maiorem solum opportunioremque occasionem per tutelam suppeditari, ei insidias comparandi, cuius mors ipsos dominos omnium bonorum faciebat, accipiebant a Solone illam legem: μηδὲ ἐπιτρέπετεν, εἰς ὃν οὐ δύστα ἔχεται, τῶν οἰφανῶν τελετησάντων, νε. is fiat tutor, ad quem post pupillorum obitum substantia spectaret. Conseruauit illam nobis, quasi tabulam ex naufragio, DIOGENES LAERTIUS s), ex quo eam PARDVLPH. PRATEIVS t), SAM. PETITVS v), IO. MEVRSIUS x), IO. POTTERVS y) ac CHRIST. GOTFR. HOFMANNVS z) tradunt. Cum lege hac facit auctor etymologici magni a), dum eos tantum agnatos propinquosue pupilli tutores fieri potuisse, obseruat, ad quos hereditas pupillorum non peruenit; de his vero, quae scita sunt de tutoribus in legibus institutisque Thuriorum a Charonda, loquitur DIODORVS SICVLVS b) ac refert, agnatos curam ibi bonorum ac fortunarum pupilli fuscii-

q) conferendi sunt: FRANCISC. BALDVINVS, in legibus duodecim tabularum, in iurisprudencia Romana et Attica, tom. I. p. 146. et commentator. ad institutionem, p. 98. IACOB. OISELIVS, not. ad Caium, libr. I. institut. tit. VII. in iurisprudentia Auseius Justinianae, p. 62. IO. SCHILTERVS, prax. iuris Romanorum et Germanici, exercitata. XXXXIII. §. 46. p. 389. PAULL. MONTANVS, tractat. de tutelis, p. 27. AEGID. MENAGIVS obseruat. in Diogenem Laertium, p. 33. ed. MEIBOMII. IANVS VINCENT. GRAVINA, originibus iuris ciuilis, tom. II. p. 287. IO. PETRVS DE LUDWIG, in opusculis miscellis, tom. II. opus. III. §. 12. p. 1106.

- r) l. I. D. de legirima tutela,
- s) libr. I. segm. LVI. tom. I. operum, p. 35. edition. HENRIC. MEIBOMII.
- t) iurisprudentia media, legibus Sоловиев, leg. XVIII. tom. III. thesauri iuris ciuilis OTTONIS, p. 407.
- v) legibus Atticis, libr. VI. tit. 7. pag. 490.
- x) in Solone, cap. XX. tom. V. thes. antiqu. Graecar. p. 2036.
- y) archaeolog. græca, tom. I. libr. III. cap. 26. p. 187.
- z) hist. iuris, vol. II. part. I. p. 112.
- a) voce: Χρέω.
- b) libr. XII. bibliothec. cap. XV. tom. I. oper. p. 488.

fuscipere debuisse; cognatos vero rationem educationis oportuisse habere. Cuius legis quum rationem hanc reddit: οἱ μὲν γῆραις ἀπὸ μητρός, συγγενεῖς, οὐ προσήκουντες τῇ μητρονομίᾳ τῶν ὁρφανῶν ἐπιβλέψασιν. οἱ δὲ αἰτοὶ τὰ πατρὸς δικεῖοι ἐπιβλέψασι μὲν καὶ δύναται, διὰ τὸ μὴ πιστένεσθαι τὰ σώματος, consanguinei enim materni, ad quorum successionem hereditas pupillorum non pertinet, nullas eis infidias molientur; paternis vero propinquis insidiarum facultas prærepta est, quod corpus illis non creditum: non Atheniensis solum; sed eriam hæc maxime refragaretur ei, qui, successionem rationem tutelæ decemuiralis legitimam esse, adfirmat, si ex illis Romana lex petita esset. Sed neutiquam. Illam ex Attica sanctione haud esse deriuandam, luculenter ex eo patet, quod vtraque aperte inter se pugnet. Quum arcentur in hac agnati et admittuntur tantum a propinquitate remoti, destituti omni spe, ut successuri sint pupillo suo: illa contra dicit c):
AD CNATVS. PROCSVMS. TVTELAM. NANCITOR. Quamuis multa: immo pleraque in duodecim tabulis ex Solonis legibus promanauerint; plura tamen eiusdem legislatoris instituta haud adoptasse Romanos, ritus vincendorum et in seruitutem adducendorum debitorum morosorum aliaque luculenter comprobant, in quibus rebus dissidebant multum ab Atticis legibus Romanorum tabule d). Similis vero ratio est institutorum Thuriorum. Eamdem illorum ac decemuiralis legis repugnantiam reperimus et, si cum cel. EVER. OTTO NE e) statuamus, Romanos nihil ex Thuriorum legibus repetiisse, multo minus ex Thuriorum illa sanctione de tutela legem nostram natam esse, adfirmare possumus.

§. VI.

QVEMADMODVM, que sit ratio legis decemuiralis, iam coniicere possumus, quum Lacones proximo heredi tutelam commiserint et ex illorum moribus atque institutis sine dubio sumta sit illa; sic conuenit eadem ratio quoque cum opinionibus, quas alioquin Ro-

C 3

mani

c) leg. duodecim tabular. tabul. v. leg. i.

d) confer: SAM. PETITVM, ad leges Atticas, p. 412. CLAVD. SALMASIVM de modo usurarum, cap. xvii. ZACH.

HYBERVM, libr. III. disf. I. EVERARD.

OTTONEM, rom. III. thesaur. juris ciuilis prefatione p. 17.
e) loco memorato.

mani iurisconsulti fouebant. Quod quidem rem eo certiorem reddit. Si enim quoque cum celebri. EVERARD. OTTONE f) iam negamus, legem hanc fuisse Laconicam; per id efficitur, ut non peregrinam; sed patriam illam atque in moribus Romanorum fundatam esse, cum eodem summo viro concedere quaemus, quippe qui, quem ex Anci Martii exemplo apud LIVIUM g) constat, tutelam testamentariam sub regibus visitatam fuisse, etiam iam tunc legitimam receptam esse, opinatur h). Quamuis alioquin discreparent inter se iurisconsulti; ea tamen semper inter eos existit animorum conspiratio ac consensus, ut omnes uno ore non eum solum, qui commodis fruatur, incommoda quoque perferrere debere, censerent; sed etiam ad eum tutelam, ad quem hereditas, peruenire statuerent. Prius dogma nobis exhibet in primis PAVLVS i), ubi dicit: secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda. Teste inscriptione, verba haec fragmenta sunt tertii librorum eius ad Sabinum, in quo quum de usufructu differuit, ut ex ceteris legibus, ex eo descriptis atque a IAC. LABITTO k) enarratis, videre licet: colligere quidem quis potest, PAVLVM etiam hac in lege solam de usufructu loqui; minime tamen illam huius argumenti terminis circumserpuit iureconsultus. Non testatur istud modo structura verborum, quum generatim loqui-

f) prefat. tom. III. thesauri iuris ciuitatis, p. 9.

g) libr. I. cap. 34.

b) duodecim tabulas non continere solum peregrinas leges; verum etiam eas, quibus ante VII sunt Romani, luculententer docent: DIONYSIUS Halicarnassensis, libr. X. antiquit. Roman. p. 676. et 686. LIVIUS, libr. VI. cap. I. VLFIA-NVS fragment. tit. x. §. 1. Confer IAC. CIVIACIVM, libr. III. obseruat. cap. 40. p. 99. GVIL. MARANVM ad l. 2. D. de orig. iuris, p. 107. GEORG. EBERLIVM, de orig. iuris, cap. 4. EVERARD. OTTONEM, prefatione, tom. III. thesauri iuris ciuilis, praemissa, p. 9. 10.

GOTTL. HEINECCIVM, diss. de marito, rute et curatore uxori. legitimo, cap. I. §. 7. tom. II. operum ciuius, syllag. I. exercit. 25. p. 826. et s. H. VAN IDSINGA, varior. iuris ciuilis libro, cap. XIV. p. 116.

i) LIO. D. de R. I.

k) in indice legum, p. 207. cui addit: PETR. FABRYM, commentar. ad tit. de diuersis regulis iuris, p. 35. IACOB. CIVIACIVM, in Iulio Paullo, tom. III. operum, part. II. p. 715. et IAC. GOTHO-FREDYM, de diuersis regulis iuris antiqui, in ciuis opusculis iuridicis minoribus, p. 764. edit. CHRISTIAN. HENRIC. TROTZII.

loquitur; verum etiam idem docent aliae leges, quae quum regula
hac etiam alia metiuuntur, satis declarant, illam minime in vſufructu
tantum habere æquitatem; sed normam eam potius esse, ad quam
ſæpius: immo omni tempore iura ſeſe dirigunt. Testis eius rei est
VLPIANVS l), qui **equum prætori viſum fuſſe**, adſiſmat, ſicut commoda
ſentimus ex actu iuſtitiorum; ita etiam obligari nos ex contractibus iſſo-
rum et conueniri; alio vero loco de ſociis **m)** **equum cenſet eſſe**, vt
cuius paticiparunt lucrum, paticipent et dāmmum, quo cum facit
IVSTINIANVS n), dum legatum cum ſuis oneribus ad eum, qui lucra-
tur, peruenire ſtatuit. Iam alia multa exempla, quorum potiſſimum
copiam facit **PETR. FABER o)**, ad ferre poſſem; fed hæc ſatis demonstrant,
quanta cura legem hanc, fumna in æquitate fundatam, obſeruauerint.
Maxime hinc probabile eſt, Iuſtinianum haud primum fuſſe, qui
ibi tutelæ onus eſſe debere, vbi ſucceſſionis emolumētum, ſtatueret.
Certo colligimus, quum ſemper iuriſconsulti, eum incommoda
cuiusque rei ſequi; quem ſequantur commoda, iudicarent, eos quo-
que ſemper agnatōs eam ob rem tutela onerandoſ censuſſe, quod
ſuccederent pupillo: cognatos tutela liberaffe, quum enolumento
hoc carerent, vt **PETR. FABER p)** et **IAC. OISELIVS q)** docent.
Quemadmodum vero in eo conſenſerunt iuriſconsulti; ita quoque
omnes via mente, ad quem hereditas, ad eum quoque peruenire tute-
lam, exiſtimarunt. Antiquiori tempore regulam hanc legum peritos
ſequutos fuſſe, extra omnem dubitationem poſitum eſt. **CICERO r)**
non ſine ratione hereditatem ac tutelam coniungit; preeſterim vero
rem planam facit **Q. MCVIUS SCAEVOLA**. Ita enim ille **s)**: *quo tutela
redit: eo hereditas peruenit, niſi quum ſemina heredes intercedunt.*
Quodſi quidem, verba hæc quemadmodum in Florentino codice le-
gantur et iam a me exhibeantur, reputamus, probandi virtus illius
effati ex iis haud adparet, quippe non in tutela deferenda ſucceſſio-
nem,

l) *I. i. D. de iuſtitoria aſcione.*

m) *I. 10. ſ. vlt. D. proſicio.*

n) *I. vn. ſ. 9. C. de caducis tollendis.*

o) *loco indicato.*

p) *comment. ad xii. de diuersis, regulis*

iuriſis, p. 35.

q) *not. ad Caium, libr. i. tit. 7. in*

iuriſprudentia antieuſtinianea, p. 62.

r) *orat. pro domo, cap. 12.*

s) *I. 73. pr. D. de R. I.*

nem; sed in successione tutelam respiciendam esse, adfirmat MUCIVS. Verum enim uero eam mentem SCAEVOLAE haud fuisse; sed cum potius memoratis verbis voluisse dicere, tutelam peruenire ad heredem, luculenter IAC. GVIACIVS ^{t)}, PETR. FABER ^{v)}, FRANC. HOTTO-
MANNVS ^{x)} et in primis FRANC. BALDVINVS ^{y)} monstrant. Refragantur iis quidem IAC. GOTHOFREDVS ^{z)} et, qui huius verba exscripsisse
mihi quidem viderunt, IAC. OISELIVS ^{a)}. Quo modo regula haec
concipiatur, nihil illi interesse putant; attamen saepe numero is tu-
toris munus nanciscitur, qui hereditatem haud accipit; neque is he-
reditate priuat, qui tutelam legitimo modo a se remouet. Haec
omnia, quum GOTHOFREDI sententiam examinamus, complecti
animo et cogitatione debemus; quodsi vero, que adiecit SCAEVOLA,
præterea mente lustramus, luculenter perspicimus, in sententiam
illam nos non discedere posse. Quemadmodum VLPIANVS ^{b)}, post-
quam dixit: *legitima tutela delata sunt his, qui ad legitimam heredita-
tem admitti possunt*: dogma illud terminis circumscribit, quum ait:
interdum alibi est hereditas, alibi tutela, ut puta si sit consanguinea pupillo;
ita MUCIVS, dum memorato effato eamdem rem aliis tantum verbis
refert, eadem addit: *nisi quum feminæ heredes intercedunt*. Conuenientibus
duobus his iureconsultis in exceptione: certe inde sequitur, vt
vnam quoque tradere voluerint legem: immo, vt exceptionem haud
adiicere MUCIVS potuisset, nisi regula, vti illam verba demonstrant, in
mente eius fuisse. Ad quam quidem rem quum accedit, quod alioquin
in more fuit positum apud iureconsultos, vt committerent $\ddot{\nu}\tau\epsilon\gamma\sigma\nu$
 $\pi\varphi\sigma\tau\epsilon\gamma\sigma\nu$ et secundo loco collocarent, quod primum vindicabat, quod
GVIL. FORNERIVS ^{c)}, PETRVS FABER ^{d)} ac beatus CHRIST.

HEN-

^{t)} in Papiniano, tom. I. oper. p. 554.
et in commentar. in digest. tom. v. oper.
p. 584.

^{v)} commentar. ad tit. de diuersis regu-
lis iuris, p. 188.

^{x)} libr. VI. observation. cap. 5. p. 124.

^{y)} in iurisprudentia Muciana, in tom.
I. iurisprud. Romane et Attica transla-
ta, p. 506.

^{z)} commentar. in tit. de diuersis regu-
lis iuris, collect. vi. regularum, in ope-
ribus eius minoribus, p. 922.

^{a)} not. ad Caium, libr. I. tit. 7. p. 62.
edit. SCHULTINGII.

^{b)} I. I. §. I. D. de legit. tutela.

^{c)} comment. ad tit. de V. S. leg. VIII.

^{d)} libr. I. semest. cap. 23.

HENRIC. ECKHARDVS e) docent: neminem paullo liberalioris ingenii fore arbitror; quin, SCAEVOLAM voluisse dicere, intelligat, ad quem peruenit hereditas, ad cum redit quoque tutela, ideoque, me merito ad eum prouocasse, confiteatur. Et eadem ratione CAIVS f) intelligendus est, vbi dicit: *quia is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem.* Neque vero solum antiquioribus temporibus eum, quem ad hereditatem, ad tutelam vocabant leges; verum etiam factum id est posteriore ætate, quamvis id haud sibi persuadere possit IO. PETR. DE LVDEWIG g) atque, regulam hanc Alexandri Seueri tempore haud valuisse, existimet. Aperte ei refragatur VLPIANVS h), quem, illò imperatore ad rei publicæ gubernacula sedente, vixisse, ex LAMPRIDIO i) discimus, quum eum inter discipulos Papiniani refert, ut pluribus verbis GVIL. BVDAEVS k), PETR. FABER l), EVER. OTTO m) aliique docent. Ita enim dicit: *legitima tutela - delata sunt his, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt;* PAVLLVS vero n) confirmat hæc, quum ait: *licet legitime tutelle ex duodecim tabulis interuertantur eadem ratione,* qua et hereditates exinde legitimæ et quibusdam interiectis: *ex nouis autem legibus et hereditates et tutela plerumque sic deferuntur, ut persona naturaliter designentur.* Quum si tutela et hereditas coniunguntur, nullam aliam ob rationem fieri id possit; nisi ob similitudinem, quæ inter vnam et alteram reperitur; tutela vero hereditati in eo solum similis existat, quod lex eodem modo atque ordine tutores, quo heredes, designet, amplissimum quoque testimonium, semper iurisconsultos ad hanc regulam se direxisse, præbet MODESTINVS o): *mater, inquit, enim expellit a legitima filii hereditate, quasi existens indigna accipere hereditatem legitimam, negligens ei constitui tutorem.* ANASTASIVS p) imperator quum fratre

trem

e) hermeneut. iur. libr. I. cap. 3. §. 69.
pag. 68. adde: FR. HOTTONIUM,
libr. VI. obseruat. iuris, cap. 5. p. 124.

f) libr. I. institut. tit. VII. §. I. p. 62.
g) in opusculis miscellis, tom. II. opus. 111. §. 12. p. 1106.
h) l. I. pr. D. de legit. tutela.

i) vit. Alexandri Seueri, cap. xxviii.

k) not. ad pandectas, p. 65.

l) libr. II. jeneſtrum, cap. 15.

m) in Papiniano, cap. XI. p. 337.

n) l. 7. D. de capite minutis.

o) l. 2. §. 1. D. qui pertant tutores.

p) l. 4. C. de legitima tutela.

D

trem tutelam suscipere insit, sanxisse eum istud ob successionem, verba legis clare docent: frater emancipatus, qui in germani sui; vel sororis successione omnes inferiores; seu prolixiores gradus, non tantum cognatorum; sed etiam agnatorum antecedere a nobis pro nostra dispositione iussus est, etiam ad legitimam fratrum et sororum; nec non liberorum fratrum tutelam vocari sancimus; IUSTINIANVS vero multis locis declarat, in tutela legitima deferenda normam esse successionem. Plerumque, ait q), ubi successionis est emolumenntum, ibi et tutelle onus esse debet; alio loco r): quas autem personas ex iure cognationis in legitimas successiones transuximus, eas etiam tutela grauamini vicissim supponimus, scilicet, si masculi sint et perfectæ etatis secundum nostræ constitutionis tenorem, ut non solum lucrum sentiant; sed etiam grauamini subiiciantur, et tum s): sancimus enim, unumquemque secundum gradum et ordinem, quo ad hereditatem vocatur aut solum; aut cum aliis, etiam functionem tutela suscipere, nulla neque in hac parte differentia introducenda de agnatorum; seu cognatorum iure; sed omnibus similiter ad tutelam vocandis, quique ex masculorum quique ex seminarum prole descendunt, minori coniuncti, quod compendiaria via IN NERIVS; sive, qui compositi authenticas, ita tradidit t): sicut hereditas agnatione non inspecta, proximis desertur; sic et tutelle onus comitatur emolumenntum, si masculi et perfectæ sint etatis; et nulla lege prohibeantur suscipere. Quum in iure ciuili tot vestigia fuccessionis tamquam normæ, qua tutelam legitimam leges committunt, impressa videamus: nemo sane mirabitur, quando idem in græcis quoque iuris auctoribus reperiamus et CONSTANTINVS HARMENOPVLVS v) dicat: ὅπλη κληρονομία, ἐκεῖνη ἐπιτεγονή, ubi hereditas: ibi et tutela. Consentire cum eo THEODORVM HERMOPOLITEN, obseruat IACOB. OISELIVS x); eamdem vero rationem tutelæ memoratae in Gothicos iuris libros irrepsisse, ex PAPIANO y) videmus. Cuius quum

q) pr. I. de legitima patronorum tutela.

r) l. 15. §. 4. C. de legitim. heredibus.

s) nouella cxxviii. cap. 4.

t) authentic. Sicut hereditas, C. de legitima tutela.

u) libr. v. tit. 8.

x) iurisprudentia Anteiusfiniane, p. 62.

y) libro responsorum, tit. xxxv. in iurisprudentia Anteiusfiniane SCHULTINGII, p. 847.

quum ætate hereditas ad cognatos nondum perueniret, dicit: *scendit tamen est, cognatos sicut ad successionem; sic ad tutelam non vocari.* Addendum ei est MARCVLFVS ²⁾, quippe eiusdem regulæ legis, ut illam vocat, *Romanæ* mentionem facit. Plura hac de re tradunt: IAC. CVIACIVS ^{a)}, IOS. NERIVS, ^{b)}, IAC. OISELIVS ^{c)}, FRANC. BALDVINVS, ^{d)} IAC. GOTHOFREDVS ^{e)}, HVGO GRÖTIVS ^{f)}, IO. BRVNNEMANNVS ^{g)}, GERH. NOODTIVS ^{h)}, IO. PETRVS DE LVDEWIG ⁱ⁾, IO. BERNHARD. FRIESE ^{k)} et illustris GEORG. CHRIST. GEBÄVERVS ^{l)}.

§. VII.

HAEC quum luculenter declarant, successionem agnatorum decemuiros, vt legem de tutela illorum ferrent, impulisse et hinc per illam tutelam quoque heredum extraneorum esse constitutam: statim quilibet, quem non fugit, legislatores, omni iustitia, si in hereditate deferenda propinquitatis rationem haud haberent, vacare se, credidisse ideoque illud maxime rarum fuisse genus heredum, qui sanguine haud cum pupillo sunt iuncti, perspiciet, nec multos extraneos legitimos existisset tutores; nihilominus tamen eo pertinent patroni. Quum quilibet tutela legitima in lege fundata sit oportet; nunc lex querenda est, in qua patrono tutela libertorum est

D 2

com-

²⁾ formulis, quas FRIDERICVS LINDENBRUGIUS in lucem emisit et STEPHANVS BALVIZIUS, tom. II. capitulo. regum Francorum, p. 510. iterum edidit, formul. LXXXIII. p. 532. Illa locum quoque tenet inter formululas veteres incerti auctoris, quas MARCVLFO adiecit HIERONYM. BIGNONVS, formul. XXIIII. p. 333.

^{a)} prelect. in digest. tom. V. oper. p. 584.
^{b)} libr. II. analector. cap. 17. tom. II. thesaur. iuris ciuilis EVERARD. OTTONIS, p. 424.
^{c)} not. ad Caium, loc. cit.

^{d)} loc. memor.^{e)} comment. ad tit. de diuers. iuris regulis, in operibus eius minoribus, p. 922.^{f)} florumsparione ad ius Iustinian. p. 317.^{g)} commentar. ad codicem, tom. II. p. 602.^{h)} commentar. ad digest. tom. II. operum, p. 546.ⁱ⁾ loco laudato.^{j)} diss. de tutela et successonis legitime nexu, Ienæ ann. 1510 locc XVIII. in lucem emissâ.^{k)} in excursibus ad librum I. institutionum, excurs. V. p. 304.

commissa. Iam decemuirorum ætate opinio fuit, summo iure et merito patrono successionem in bona liberti, qui libertatem, vitam alteram, illi debebat, adsignandam esse: hinc lex iam ab iis hac de re condita est; neque ea vñquam postea abrogata, quemadmodum clarius
IAC. GOTHOFREDVS m), ANT. DADIN. ALTESERRA n), IAC. PERIZONIVS o), ANT. SCHVLTINGIVS p), IAC. CVIACIVS q) et IO. GOTTL. HEINECCIVS qq) docent. Quæ si reputamus, patronorum tutelam lege duodecim tabularum, qua heredibus pupillorum tutela committitur, introductam esse, dicere possumus, quemadmodum *THEOPHILVS r)* et ex recentioribus *FRANC. BALDVINVVS s)* fecerunt; neque tamen hi errant, qui cum *FR. DVARENTO t)* id negant et, serius illam patronis mandatam fuisse, existimant. *VLPIANVS v)* eleganter rem diuidit, vbi dici: *tutela legitima, quæ patronis defertur e lege duodecim tabularum, non quidem specialiter, vel nominatim delata est; sed per consequentias hereditatum, quæ ex ipsa lege patronis date sunt.* Quum, e lege decemuirali deferri hanc tutelam, adfirmat iureconsultus: præsidio ille est iis, qui lege hac patronis officium istud impositum esse, asserunt; ea vero, quæ addit *VLPIANVS*, monstrant, decemuiros illud non nominatim commississe patrono: recte hinc cum, qui id respicit, memorata tutelæ constitutionem illis denegare. Siue vero illo respectu id concedamus; siue hoc negemus: iure ac merito *legitimos* inter *tutores* patronus locum nanciscitur. Si, lege duodecim tabularum constitutos esse patronos libertorum impuberum tutores, adfirmamus, non dubium est,

*m) leg. XII. tabularum, tab. v. tom. VI.
 thes. iuris ciuilis OTTONIS, p. 302.*

*n) recitationibus quotidianis, tom. I.
 p. 112.*

*o) in dis. de L. Voconia, in opusculis
 minoribus, p. 132.*

*p) notis ad Vlpiani fragmenta, tit.
 XXV. II. iurisprudent. Anterustinianæ,
 p. 678.*

*q) libr. III. observation. iuris, cap. 13.
 p. 74.*

*qq) antiquitat. Roman, tom. II. libr.
 III. tit. 7. p. 38.*

*r) paraphr. instit. pr. de legitima
 patron. tutela.*

*s) commentar. de legib. XII. tabular.
 cap. XXVIII. in iurisprudent. Astica et
 Romana, tom. I. p. 146.*

*t) comment. in digest. tit. de legitima
 tutela, in operibus eius, p. 298.*

v) l. 3. pr. D. de legit. tutela.

est, quin *legitimorum* nomen iis adsignemus; si vero necessitate, idem negandi, adstricti sumus, vbi de expressa muneri huius impositione sermo sit; nihilominus tamen nominatum per ius civile id factum est et per id illi tutela *legitima* nomen partum. Sextus Aelius ac Q. Mucius primi erant iuris illius conditores quumque *VLPIANVS* x) clare dicit: *per consequentias hereditatum*: eadem verba alio loco repetit y) et his *IVSTINIANVS* z) lucem ita accedit: *non quia nominatum in ea lege de hac tutela caueatur; sed quia perinde accepta est per interpretationem ac si verbis legis introducta esset*, maxime sane probabile est, eosdem auctores fuisse huius tutela. Sextus Aelius primus duodecim tabulas interpretatus est, teste *POMPONIO* a), quumque, si ius eius per tripartita intelligatur, quod maxime probabile esse, ego quidem cum *IO. GOTTLIEB. HEINECCIO* b) arbitror, eamdem ob rem *iuris antiqui conditoris cognomen splendidum nactus est*: de illius interpretatione cum primis credibile est, illam eo valuisse, ut ei iussus instar obtemperarent. Quodsi vero ille legem decemuiralem de tutela agnitorum haud explicauit: maiore adhuc similitudine veri tribuere possumus hunc honorem Q. Mucio Scæuolæ. Tradidit ille regulam, quam supra memorauit: *quo tutela redit: eo peruenit hereditas* in libro singulari ὁρῶν, quumque in eo, tamquam definitionum, ut obseruat *GERH. NOOTIUS* c), collectione, solas regulas, ex legibus duodecim tabularum desumptas, exhibuerit et

D 3

iuris-

x) *lege citat.*y) *fragmentz. tit. XI. §. 3. p. 494.*z) *pr. I. de legitima patron. tutela.*a) *I. 2. §. 38. D. de origin. iuris.*b) *antiquitat. Roman. tom. I. prævæm.*

p. 10. quocum sentiunt *GEORG. BEYERS*, *position. ad tit. D. de orig. iuris*, p. 10 et *beatus BRVNQVELLIUS*, *biflor. iuris; parr. I. cap. 5. p. 32.* Alter sentiunt *IO. BERTRANDVS*, *de iurispe. iuris; libr. II. cap. 4. p. 171.* *GVL. GROTIUS*, *vir. iurisconsultorum; libr. I. cap. 3. p. 17.* *IAN. VINCENT. GRAVI-*

NA, orig. *iuris civilis*, p. 52. sed, quo iure, docet *HEINECCIVS*

c) *comment. ad digesta, tit. de legir. tutel. tom. II. operum, p. 545.* Regulas in libro ὁρῶν *MVCIVM* tradidisse, vberius monstrant: *FRANCISC BALDVINIUS*, in *iurisprudent. Muciana*, *tom. I. iurisprud. Roman. et Atticæ*, p. 505. *EVER. OTTO*, in *Papiniano*, *cap. 12. p. 383. sqq. et IO. GOTTL. HEINECCIVS* disj. *de origine testamentacionis et ritu testandi*, *tom. II. operum, syll. 1. exercit. XII. p. 487.*

iurisconsulti ex decemuirali lege patronorum tutelam deriuauerint, quisquis ut videat, necesse est, SCAEVOLAM hoc in loco eamdem regulam respexisse ideoque primum cum S. Aelio illam introduxisse: confer PAVLL. MONTANVM d), GERH. NOODTIVM e), IAC. CVIACIVM f) et IACOB. GOTHOFREDVM g). Neque vero solum patroni tutores legitimi erant, ut ex his luculenter adparet; verum etiam tutores legitimi extranei. Loquuntur quidem leges de necessitudine inter dominum et seruum: patronum ac libertum. CALLISTRATVS h), idem pro patrona, inquit, liberisue suis; vel uxore nuruue. Tunc enim qualiscunque fideiussor accipi iubetur et in eum, qui non accepit, quam sciret eam necessitudinem personarum, quinquaginta aureorum iudicium competit. Quumque IVLIVS PAVLLVS i) a testimonio ferendo aduerfas se inuicem parentes et liberos; item libertos excludit, rationem huius effati ita reddit: quia rei vera testimonium necessitudo personarum plerumque corrumpit. Quare quoque verba haec summo viro, IACOB. CVIACIO k), stomachum mouent cumque in sententiam adducunt, locum haud integrum esse, et in eum verba: itemque liberti per alienam manum irrepsisse, propterea quod necessitudo esset coniunctio sanguinis. Quemadmodum vero inter propinquos per sanguinem; ita inter patronum ac libertum per manumissionem arcissimum coniunctionis vineulum omni tempore exsilit; nec usurparunt vocem necessitudinis veteres solum de sanguine iunctis, ut eleganter animi aduerit ANTON. SCHVLTINGIVS l). Eidem igitur quoque adseritor, quum cum CONRAD. RITTERSHVSIO m) et RAD. FORNERION n) locum PAVLLI haud corruptum existimat; nec quemadmodum CVIACIVS, mutilationis eum suspectum facio. Quæ res ardua fane

d) de iure tutelarum, cap. VII. p. 29.
e) loco memorato.

f) schol. in institut. Justinian. tit. de legir. patronor. tutela, tom. IIII. operum, p. 1022.

g) commentar. in leg. XII. tabular. tom. III. thesauri iuris ciuiliis Ottonianis, p. 103.

h) l. 2. D; in ius vocati ut cante.

i) libr. V. sententiar. receptarum, tit. XV. §. 3; p. 488.

k) not. ad Iul. Paulum, loc. cit. p. 488.

l) not. ad eundem locum.

m) notis ad Paulum, sentent. receptar. libr. V. tit. XV. §. 3; p. 488.

n) rerum quotidianar. libr. III. cap. 16. tom. II. thesaur. iuris ciuiliis, p. 258.

sane esset ac difficilis, quum duo alia effata o) aduersantur; nec multum roboris inest in arguento, ex constitutione DIOCLETIANI et MAXIMINIANI p) petito. Verumen in uero, etiam si necessitudo existat patronum inter ac liberum; minime tamen liberti in familiam patroni sui ita translati sunt, vt iuribus *suitatis* et *agnationis* fruerentur; neque ex extraneorum ordine in censum sive naturaliter; sive ciuiliter cognatorum transcripti, quamuis id adfirmare videatur SCHVLTINGIVS q). Quum cognatio in iuribus sanguinis consistit, quæ vti nunquam perimere quis potest; ita nec alicui, nisi ille iam ea per generationem sit natus, tribuere: patronus non poterat cognatus fieri. Eumdem tamen nec in agnatorum censum per manumissionem venire, luculenter adparet, quum solum adoptio atque adrogatio, vbi cognatio ius ei non daret, illud alicui possent conciliare. BOETIVS r) hanc ob rem eleganter *propinquitatem* et *patronatum* distinguit, quum de tutela haec dicit: *tutela quatuor fere modis est: aut enim consanguinitatis gradus; aut patronatus iure defertur; aut testamento patris eligitur; aut urbani prætoris iurisdictione formatur;* PAVLLVS s) vero patronum haud obscure inter extraneos numerat, vbi dicit: *si patronus; vel quiuis extraneus impuberi, quem heredem insituerit, tutorem aederit.* Quo quidem in effato vocula: *quiuis*, satis luculenter declarat, se non extraneos a patronis distinxisse; sed eos potius ad extraneos retulisse. His tandem accedit constitutio IVSTINIANI, quæ quum per iniuriam temporum e codice t) perdita est, iacturam, quæ facta erat, illius restituerunt libri ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ v) atque ex illis IACOB. CVIACIVS x). Legimus

o) non auctori solum *collationis mo-
saicarum et Romanarum legum*, tit. VIII.
§. 3. in *iurisprudentiam anteiusmianam*
translate, p. 767. idem effatum PAVLLI
recitat; nec verba: *itemque liberti omni-
tit; verum etiam interpres PAVLLI*
tam de parentibus et filiis; quam patro-
nis loquitur.

p) I. 6. C. de *testibus*,

q) *iurisprudentia Anteiusmiana*, p.
488.

r) in *Ciceron. topico*. libr. III.

s) I. 4. D. de *confirmand tutore*.

t) I. 4. G. de *bonis libertorum*.

v) libr. XXXVIII. Basilic. tit. I,
tom. VI. p. 595. ed. CAROL. HANNIB.
FABROTTI.

x) libr. XX. *obsernat. iuris*, cap. 34.
p. 702.

mus in illa hæc de patronis: δοκεῖτις δε συγγενεῖς εἶναι, τῶν ἐλευθερομενῶν δὲ ἐλευθερόντες δύτες, videntur enim agnati libertorum, qui illos manumiserunt. Illa quidem ipsi fauere videtur SCHULTINGIOY), siquidem, reuera agnationis iura intercessisse inter patronum ac libertum, IVSTINIANVM adfirmare, existimat; sed minuenda est eius opinio. Memoratu enim dignum est, IVSTINIANVM præmittere δοκεῖτις, videntur. Satis luculenter per hæc ostendit imperator, patronum non esse agnatum; sed ei solummodo maxime similem. Maiorem adhuc dubitationem adferre videtur MODESTINVS z), dum etiam per particulam: aut, in qua distinguendi virtutem inesse, nemo ignorat, extraneum a patrono separat; neque vero, ut PAYLLVS, vocem quiuis addit; facile tamen etiam hunc scrupulum cuelleadum esse, quisquis videt, qui ipsa græca iurisconsulti verba intuetur. Οἶον, inquit, μῆτρα, η πάτερ, η δλλότριος τις. Per τὸν δλλότριον non extraneum cumque, qui propinquitatibus vinculo cum aliquo haud coniunctus est; sed alienum significari, alii scriptores a) testes sunt; patronum vero necessarium esse ideoque ab alieno distinguendum, ipse supra docui. Legas: PETR. PITHOEVM b),
TAC.

z) loco excitat.

z) I. 1. §. 1. D. de confirmand, tutorie.

a) HOMERVS, iliad. libr. E. V. 14, tom. I. operum, p. 191. ed. IOS. BARNESSI virum hostilem vocat τὸ φᾶς δλλότριον: AELIANVS, libr. I. var. historiar. cap. XXXIII. p. 67. edit. GRONOVI dicit: ὁ περὶ τῶν ιδίων παιδῶν, επειδὴ δικαλος, μποφανέμενος παῖτος καὶ ἐ τοῖς αλλατοῖς ἀκεβῆς τρεῖς δικαστὲς, qui tam iuste de suis ipsis liberis sententiam pronuntiat, omnino eriam aduersus alienos adcuratus erit index: PLVTARCHVS, de liberorum educatione, cap. x. p. 84. δλλότριος ab imperantibus, senioribus atque amicis distinguit, quibus adde CALIMACHVM, hymn. in Diana v. 176.

tom. I. oper. p. 81. ed. GRAEVII et TBVCYDIDEM, libr. IIII. historiar. cap. 98. p. 296. edit. DVCKERI. Quæ quamus ita le habent; minime tamen inde reprehendimus interpretem MODESTINI, propterea quod hanc vocem latine conuerterit extraneus. Varia ratione vocabulum hoc usurpatum apud veteres iurisconsultos, obliterante PETRO GRANGIANO, paradox. iuris ciuilis, cap. XXXIII. tom. V. thesaur. iuris ciuilis EVER. OTTONIS, p. 1631. et hinc si ille istud eo sensu, quo MODESTINVS δλλότριος adhibuerit, patronus etiam ab extraneo recte separari potest.

b) not. ad collat. legum mosaiicarum et romanar. p. 767.

IAC. CONSTANTINAEVM c), IAC. CVIACIVM d), ARNOLD.
VINNIVM e) ET IO. GOTTL. HEINECCIVM f).

§. VIII.

QVVM patroni locum obtinent inter tutores legitimos, ex familia pupilli haud prognatos, iisque ab ipsis legibus tutela commissa est: communia iis sunt omnia cum ceteris legitimis tutoribus, quæ de illorum officio speciatim sanciunt leges. Istud vere confessum est; inde tamen quoque necessario sequitur, ut illa valde dissidat a legitima agnatorum tutela. In eo omnes tutelæ conueniunt, quas legitimarum nomen ab aliis distinguit, quod in deferendis iis leges se ad succedendi ordinem, tamquam ad normam, dirigant. Quemadmodum igitur, si plures exstant agnati, ei defertur tutela, qui proximus est heres; sic non potuit fieri, quum iam per legem decemuiarem ad patronos libertorum hereditas, deficientibus suis, uti vocantur, heredibus, perueniret, quin Romani eadem regula rem metentur hosque patronos primum ad tutelam vocarent, quibus spes erat, fore, ut primum hereditatem accipiant. Verum enim ex eo emergit differentia inter patronum atque agnatum. Quum alio ordine succederent patroni, alio etiam ordine adepti sunt tutoris prouinciam. I. Si libertus duos patronos habebat, et alter eorum, filio relicto, e vita migrabat, partem iurium patronatus et, quæ cum illa consociata erat, successionis spem non filius hereditate sibi adquirebat; sed alter patronus illam accipiebat; aut, quum unus patronus filium relinqueret atque ex altero, ante patrem viuis exempto, duos nepotes, solus filius patronus erat. Clare id patet ex PAVLLO g): in bonis liberti prior est patronus; quam filius alterius patroni: itemque prior est filius patroni; quam nepos alterius patroni. Confirmat id CAIUS h): filio tantum; non etiam nepoti satisfacere debet libertus; nec

c) libr. I. subtil. enodat. cap. 7. tom. uxoris legitimo, cap. 1. tom. II. operum, 1111. thesaur. iuris civilis, p. 494.

d) notis ad Paulum, libr. v. recept. sententiari. tit. xv. p. 488.

e) notis ad tit. I. de success. libertor.

f) dis. de marito, tuteore et curatore

fillog. I. p. 835.

g) libr. III. sententiari. receptar. tit.

II. §. 1. in iurisprudenzia Anteinstitutio-

nea, p. 537.

h) I. §. 1. D. de bonis libertorum.

nec refragatur his POMPONIVS *i*), vbi nihil esse, censet, quare non filio patroni, quamvis superstite altero, operarum detur peritio, quippe qui non sine ratione addit: nec hoc quidquam commune habet cum hereditate; aut bonorum possessione. Cum his aliud eiusdem iurisconsulti effatum *k*): porro VILIANVS *l*), VLPIANVS *m*); ex recentioribus vero IAC. CVIACIVS *n*), EDMUND. MERILLIVS *o*), ANTON. SCHVLTINGIVS *p*) ARN. VINNIUS *q*) et HENRIC. THEODOR. PAGENSTECHEVRVS *r*) coniungendi sunt. Quæ quum ita fese habeant et iam ex ratione tutelarum legitimarum sequatur, vt, quo nondum perueniat hereditas, eo nec adhuc redeat tutela: neque alterius patroni filius, altero superstite; neque nepos, patruo viuo, munus hoc consequitur. Quod dum confirmat iam ipse VLPIANVS *s*): proinde, si alter ex patronis filium, alter nepotem reliquerit, utrum ad solum filium; an vero et ad nepotem tutela pertineat, quia et nepos in familia patris sui proximus est? hoc adparebit ex legitimis hereditatibus. Legitima autem hereditas ad solum filium pertinet: ergo et tutela ad solum filium descendit; post filium: tum ad nepotem, optimam simul monstrat semitam, qua progrederi et a nepotibus concludere possumus ad alios, quos leges expressis quidem verbis non tutela; tamen hereditate prohibuerunt. Quum igitur tutela libertorum ad eos peruenit, ad quos hereditas: sequitur, vt II. filii, generatim exheredati, etiam a tutela arceantur. Fieri quidem potuisse, vt pater filium exheredaret; minime tamen eum iuribus patronatus, quæ alioquin post mortem patris filii nanciscuntur, priuaret, ex TERENTIO CLEMENTE *t*) atque VLPIANO *v*) videmus, qui, post exheredationem sapienter adsignatum esse eiusmodi infelici filio libertum, testantur; iidem tamen quoque nos docent, generatim exhe-

i) l. 4. D. de operis libertorum.

k) l. 12. D. de adsignandis libertis.

l) l. 23. D. de bonus libertorum.

m) fragm. tit. XXVII. §. 1. p. 767.

n) notis ad Paulum, loc. cit. p. 337.

o) libro singulari differentiarum, cap.

15.

p) notis ad Vlpianum, p. 767.

q) not. ad tit. I. de succession. libertorum.

r) commentar. ad S. Pomponium, de re testamentaria, libr. IIII. cap. 3. p. 126.

s) l. 3. §. 7. D. de legitimis tutoribus.

t) l. 40. D. de bonus libertor.

v) l. 1. D. de adsignand. libertis.

exheredatum neque bonorum; neque iurium patronatus participem fuisse ideoque nec iuris successionis et, quæ inde pendet, tutelæ. **TERENTIVS** solum exheredato hac in re nocere negat exhereditationem, si ei ita pater cauerit, ut *ius in libertum ei saluum effet* ac hinc eam nocere, simul tacitus concedit, quum id deficeret; **VLPIANVS** vero rem his verbis proponit: *sed eis exheredato filio libertum quis adsignauerit, valet adsignatio; nec nocti ei nota exhereditationis, quantum ad ius patronatus.* Sed, si post adsignationem fuerit exheredatus: non semper exhereditatio adimit adsignationem, nisi hoc animo facta sit. Quin illis tutela libertorum haud deferretur; ab illa arecebantur quoque **I. ii.**, qui, legem Aeliam Sentiam perfringentes, libertum ad iurandum coegerunt, se vxorem haud ducturum esse; siue eundem ad mercedem operarum promittendam induxerunt. Vtrumque vetuit lex, quam nominaui, quumque eos, qui illud faciebant, iuribus priuaret patronorum, eiusmodi homines nec tutelam suscipere potuerunt. De priori interdicto loquuntur **PAVLVS** et **VLPIANVS**, quorum alter *x)* refert, quando quis libertum, ut iure iurando id pollicetur, cogere haud possit, ideoque narrat, eum quoque legem transgredi, qui a liberto, *ne intra certum tempus vxorem: neve aliam;* quum *de qua patronus consenserit; vel non nisi conlibertam; aut patroni cognatam ducat, stipulatus est.* alter *y),* quas personas intelligat, vno loco docet: alibi clarius de poena loquitur: *qui contra legem Aeliam Sentiam, z) ad iurandum libertum adegit, nihil iuris habet nec ipse; nec liberi eius.* Confer **IO. GOTTLIEB. HEINECCIVM a).** Eos vero quoque iura patronatus perdidisse, qui ad id adegerint libertum, ut promitteret mercedem operarum, videmus ex **TERENTIO CLEMENTE b).** Coniungendi sunt denique cum iis **iiii.** qui ipsi capitatis damnati sunt; aut qui capitatis adeclarunt libertum. Quum utraque occasione patronus indignus putatur iuribus patronatus: sponte ex eo sequitur, ut nec tutelam gerere possit libertorum suorum.

E 2

x) I. 3. §. 2. D. de suis et legitimis heredibus.

y) I. 6. pr. D. de iure patronatus.

z) I. 15. D. de iure patronat.

*a) commentar. ad L. Iuliam, Papiam et Poppream, libr. II. cap. 16. et antiqu. Roman. tom. I. libr. I. tit. VI. p. 124.
b) I. vlt. D. qui et a quibus manumissi.*

rum. Eos, qui rerum capitalium erant condemnati; neque adhuc restituti, leges c) clare inter illos numerant, qui iuribus patronorum haud fruuntur; in eundem censum autem venire eum, qui libertum capitatis adeusauit, ex TÉRENTIO CLEMENTE d) liquet: *eum patronum, qui capitatis libertum adcessasset, excludi a bonorum possessione contra tabulas, placuit*; clarius vero id adhuc docet VLPIANVS e), quippe qui dicit: *is autem nec ad legitimam hereditatem, qua ex lege duodecim tabularum desertur, admittitur.* Qui omnes quam arcentur a tutela, propterea quod a libertis hereditatem capere haud possunt et semper tutela reddit, quo peruenit hereditas: committebatur contra istud officium iure ac merito i. etiam liberis patronorum, quorum pater rerum capitalium iudicio erat condemnatus. Punitorum ex quavis causa liberis salua esse patronorum iura, docet MARGIANVS f), quum codem rescripto Seueri atque Antonini id statutum tradit, quo *iura libertorum patronorum liberis, quum pater eorum esset perduellonis damnatus, salua esse, sanxerunt.* Demandabatur tutela ii. iis quoque, qui ab hereditate paterna feso abstinuerunt. Haud obscure id constat ex VLPIANO g), quum dicit: *fili, hereditate paterna se abstinentes, ius, quod in libertis habent paternis, non amittunt.* Minime quidem tutelæ meminit; tamen, quum eos ius patronatus amittere, negat, ideoque et, si moriuntur liberti; neque suos heredes relinquunt, illorum hereditas iis obuenit: non dubium est; quin tutela quoque onerentur. Eamdem ob rem tutor fieri debet iii. pater, cuius filius seruum impuberem manumisit. Quum filius familias, quidquid acquirebat, non sibi; sed patri adquirereret, legem quoque reperimus h): *filius familias seruum peculiarem manumittere non potest; iussu tamen patris manumittere potest, qui manumissus, libertus sit patris.* Eiusmodi manumisso locum inter libertos patris tenente, pater ei succedebat ideoque nec tutelam recusare ei licebat, eadem ratione, qua iii. ei, qui per fideicommissum adstrictus erat necessitate, manumittendi seruum. Teste VLPIANO i), is, cui per fideicommissum data erat libertas, non testatoris;

e) l. 9. §. 1. D. de iure patronatus.

d) l. 10. D. de iure patron.

e) l. 11. D. b. r.

f) l. 4. D. hoc tit.

g) l. 9. pr. D. de iure patronatus.

h) l. 13. D. b. z.

i) l. 17. D. de bonis libertorum.

toris; sed manumissoris libertus erat. Perspicimus ex eo non solum causam, cur alia lex *k*), patronum tam contra tabulas; quam ab intestato ad bona eius venire posse, adfirmet; verum etiam simul, quod inde luculentter sequitur, discimus, manumissorem tutelam suscipere debere recteque *VLPIANVM l*) dicere: ergo manumissor tutor est, sive sponte, sive etiam compulsus ex causa fideicommissi manumisit. Quum denique illud vere conjectarium est, si eo redit tutela, quo peruenit hereditas, tutela legitima locum habere haud potest, si non exstat, ad quem perueniat hereditas: recte ex eo *PAVL. MONTANVS m*) collegit, patronis tutelam libertorum committi haud posse, si quando liberti orci; seu ex Rubriano senatusconsulto manumissi fuerint. Quod ad eos seruos pertinet, qui directo in testamento a testatore, pristino suo domino, libertatem consequuti sunt hincque nomen *orcinorum libertorum* acceperunt: in hac sententia *MONTANO* antecedit ipse *POMPONIVS n*): in qua specie, inquit, incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere, que ad patronos non pertinent. Quod quidem in omnibus *orcinis libertis* locum habet, testamento manumissis. Idem vero de iis, quibus libertatem deberi, ex senatusconsulto, Rubrio Gallo et Cœlio Hispano consulibus facto, prætor, causa cognita, pronuntiauit, ut plura hac de re *VLPIANVS o*) et ex recentioribus *GRAVINA p*) tradunt. Hinc *POMPONIVS*: plane, si forte ex *Rubriano SG*, peruererit ad libertatem, non habebit tutorum eum, qui rogatus est. Ex quo uti clare patet, qualis sit differentia inter agnatorum et patronorum tutelam legitimam: adparet illa quoque in eo, quod testamentario tutori cedere debet agnatus; patrono vero hac in re qui antecederet, innenimus neminem. Quum pater patriam potestatem habeat oportet, si testamentaria tutela locum habet; seruus vero ideoque nec manumissus, haud vñquam sub patria potestate esse potest: nunquam in turela tutoris testamentarii existit hancque ob rem non cedere ei oportet patronum. Confer *FRANC. BALDWINUM q*).

E 3

§. VIII.

k) l. 29, pr. D. hoc rit.

l) l. 3, §. 1. D. de legitimis tutoribus,

m) de iure tutelarum, cap. VII. p. 29.

n) l. 3, §. 3. D. de legitimis tutoribus.

o) l. 26, §. 7. D. de fideicommissar. libertatis.

p) origin. iuris ciuilis, p. 538.

q) comment. de leg. XII. tabular, p. 363.

§. VIII.

SED hæc de patronis: missos eos facio meque ad *pupillariter substitutos* conuerto, quippe quibus etiam nonnulli iurisconsulti, ^{10.} FABER ^r), sumimus vir, SAM. STRYKIVS ^s) aliique, iis adhuc antiquiores, quorum mentionem facit LUDOLPH. SCHRAADERVS ^t), inter rutores legitimos locum adsignant. Fundamentum huius tutelæ legitimæ in sanctione, quam promulgarunt THEODOSIUS et VALENTINIANVS ^v), querunt. Verba eius digna sunt, quæ recitem: *sciant, qui ad successionem vocantur pupilli mortui, si, defuncto eius patre, tutorem ei secundum legem non petierint intra annum, omnem eis, sive ab intestato; sive iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam esse.* Reperitur hæc lex in codice Iustinianeo; quodsi tamen eam ratione animoque lusfraueris, facili negotio perspicies, illam fuisse excerptam ex nouella THEODOSII ^x). Summa sunt ex eadem adhuc due aliae constitutiones ^y), quas simili modo in codicem Iustinianum transtulit TRIBONIANVS ^y). Quemadmodum non inscriptio solum huius nouelle, quam ita profert PAPIANVS ^z): *lex nouella de tutoribus, pupillo nominandis;* sed ipsa quoque verba monstrant, tota constitutio de petitione tutorum loquitur. Imponit ibi omnibus, quibus aliquando hereditas obuenit, necessitatem tutorum petendorum ^{a)} idque fit ea in illius parte, ex qua

^r) ad I. de legit. patron. tutela, num. 1.

^s) tom. III. usus moderni, p. 474.

^t) tractat. feudal., part. XVIII. sect. 10, tom. II. p. 517.

^v) 4. 10. C. de legit. heredibus.

^x) nouell. Theodosii, tit. v. nouel. I.

^y) 1. 6. C. ad SC. Tertullianum et l. 6. Cod. ex quibus causis pignus. Mentionem solum eius facit PAPIANVS, responsorum libro, tit. XXXV. in iurisperdencia Anteiusustiniana, p. 847. Confer 10. DAN. RITTERVM, notis ad nouellas Theodosii, adiectas tom. VI. codicis Theodosiani, p. 18.

^z) loco indicato. In nouellis ipsis solum inscriptio: *de tutelis reperitur, quam germanam esse, iudicat RITTERVS loco memorato; obseruat tamen ille quoque Gothos eiusmodi inscriptiones saepius, mero variaſſe.*

^{a)} pluribus id monstrant PAVLL. MONTANVS, de iure tutelarum, cap. XVIII. p. 59. IOACH. MYNSINGERVS, consil. LIIII, num. 4. IO. SCHILTE-RVS, prax. iuris Romani et German. exerc. XXXVII. §. 76. p. 398. IO. BRVN-NEMANNVS, comment. ad codicem, p. 508. HYGO DONNELLV, commentar. de

nostra lex sumta est. Ab illa necessitate concludunt ad ipsius tutelæ administrationem, et quum onus, tutorem perendi, eadem ratione, qua ipsius tutelæ impositionem, lex ordine successionis metiat; neque vero solum hereditatis, quam quis ab intestato; verum etiam quam iure substitutionis accipit, rationem habeat, necessario inde sequi putant, ut per id substitutus tutores inter legitimos locum sit nactus. Plura hac de re exponit SAM. STRYKIVS b).

§. X.

Ex his quamvis luculenter, legitimam substitutorum tutelam demonstrare se posse, memorati doctissimi viri sibi persuadeant; minime tamen adhuc fustulerunt dubitationes, quæ contra eorum opinionem possunt adferri. Quum legitimi tutores ex duodecim tabularum legibus deriuantur, propterea quod earum conditores, eo peruenire tutelam, quo redeat hereditas, sanxerunt, idque per eamdem prouinciam, agnatis commisiam, significarunt, quilibet perspiciet, legem eis solum onus hoc imponere, quibus per illam obuenit hereditas: substituti contra non legi; testatori potius eamdem, si eam, mortuo pupillo, consequuntur, debent. Quo quidem argumento dubium iam ac controuersum reddere possumus locum, qui inter tutores legitimos extraneos tribuitur substitutis; sed, quum, si leges eum substitutis adsignassent, cum aliis, quas fouebant, sententiis pugnassent, longe grauius et quod maius pondus habet, nobis praesto est. Non antiquiora quidem solum monumenta; verum etiam ipsum ius civile tutelæ, ab heredibus pupillorum substitutis administrata, exempla præbet. SVETONIVS c) nos docet, iam Galbae imperatoris ætate, substitutum tutorem fuisse, quum dicit: et tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce adfecit; PAVLIVS d) vero etiam mentionem facit heredis substituti, quum iudicare

de iure civili, libr. III. cap. 8. tom. I. p. 1193. aliquie.

p. 164. THOM. PAPILLONIVS de substitutione pupillari, cap. 10. tom. IIII. b) usu moderno pandectarum, tom. III. thefau. iuris civilis EVERARD. OTTONIS, p. 754. 10. PETRVS DE LVEDWIG, opusculis miscellis, tom. II, opusc. V. p. 754. c) vit. Galbae, cap. VIII. §. 4. tom. II. operum, p. 857. ed. PITISCI. d) l. 36. pr. D. de excusationibus.

care cogitat, num credere nos oporteat, testatorem hunc; vel illum tunc demum substitutum velle, si et tutelam suscepisset. Itaque facile largior, accidisse aliquando, vt is tutelam susciperet, qui simul secundus testatoris heres erat; sed semper raro id evenit; nec saepe evenire potuit. Nihil quidem est tam angusti animi tamque parui; quam amare diuinitas; nihil tam inhumani tamque scelerati animi; quam ad consequendas illas vitæ hominum insidiari; experti tamen iam Romani erant, quantum in discriben adducantur pupilli, vbi spurcissimi eiusmodi helluones iis essent substituti. Quibus quidem nihil iucundius atque exoptatus erat morte pupillorum et eo commodius id, quod cogitabant, poterant consequi, quum in tutela eorum essent positi pupilli horumque omnis vita ac salus penderet ab iis. Quum eiusmodi calamitates lequerentur potissimum ex captationibus atque institutionibus pariter ac substitutionibus captatoris, penitus illæ sunt prohibitæ, quemadmodum pluribus ostendunt *IO. MERCERIVS* *e*), *IO. CORASIVS* *f*), *ANTON. GVIDBERT. COSTANVS* *g*), *CORNEL. VAN BYNCKERSHOECK* *h*), *AVGVST. LEYSERVIS* *i*) ac *PETRVS DVIRSEMA* *k*), atque eadem ratione suscepta sunt consilia, quomodo hac in re pupilli, quibus erant heredes secundi, possit consuli. Quoniam pater, vbi substitueret aliquem filio suo, duo testamento facere credebatur hincque leges requirebant, vt ille prius sibi et tum filio quoque testamentum conderet, quod et dupondiis notum est: fiebant semper substitutiones secunda in tabula. Discimus iam illud ex *POMPONIO* *l*); lucem tamen huic rei adferunt *VLPIANVS* *m*), seccernens pupillares tabulas a primis: *neque interest*, inquit, *vtrum* in

e) libr. II. opinionum, cap. 23, tom. II.
thesauri iuris civilis, p. 1611.

f) libr. V. miscellan. cap. 3. p. 359.

g) question. iuris, cap. 3. tom. V. thesauri memoriarum, p. 394.

b) de captatoris institutionibus, cap. 2.
in illius opusculis variis argumentis,
part. II. p. 232.

i) meditata, ad pandeet. vol. VI. spec. CCCCLXXXV. Romanos id de heredibus

substitutis expertos fuisse, docet non
solum ipse tutor apud *SVETONIUM*,
locu memoratio, verum etiam evolue
PERSIVM, *Satir. II. v. II. p. 563. et*
HORATIVM, *libr. III. satyr. 2.*

k) libr. II. conjectur. cap. 7. p. 243.

l) l. 4. D. de testam. institution.

*m) l. I. §. I. D. si cui plusquam per
legem Falcidiam.*

in primis tabulis hoc fiat; an in pupillaribus; an in utrisque: PAPINIANVS, tabulam, in qua facta est substitutio, vocat secundam n^o) et PAVLLVS o) ait: qui principale testamentum arguit, et a secundis tabulis repellendus est: idem a codicillis, ad testamentum factis, licet non confirmatis. Immo alii antiquitatis scriptores hac de re loquuntur, in quibus SVETONIVS p) locum vindicat. De testamento Iulii Cæsaris hæc refert: nouissimo testamento tres instituit heredes, fororum nepotes, C. Octauium ex dotrande et L. Pinarium et Q. Pedium ex quatrande: reliquos ima cera. Non me quidem fugit, quid caussæ fuerit, cur secundis in tabulis substitutio fieret, quippe ante luctinianum, ipso teste q), a heredis institutione initium testamenti esset capiendum, ut copiosius monstrant; BARNAB. BRISSONIVS r), HVGO DONELLVS s), FRANC. HOTTOMANVS t), ANTON. GOVEANIVS v) et ANTON. SCHVLTINGIVS x); attamen etiam postea modo hoc vñi sunt; neque illam tabulam ante mortem pupilli aperuerunt. Obtinebant istud, quod nec substitutus sciebat, se proximum heredem esse pupilli hincque nec ei insidias struebat; sed facile inde quoque quilibet perspicere potest, turelam haud potuisse deferri substituto, quippe, quisnam ille sit, non parebat. PAVLLVS y) refert eius rei modo exemplum, quem Iul. Phoebum Polycrati, si intra impubertatis annos deceffurus esset, secundas tabulas fecisse matremque periiisse, vt illas aperiret, postquam filius esset mortuus, narrat: CAIVS z) generatim dicit: substitutio ita secreta esse debet, vt ad notitiam substituti peruenire non possit, ne vite pupilli aliquas substitutus insidias molliatur: nam in extrema pagina testamenti fieri debet, vt pars illa, in qua substitutio pupillaris scripta est, quamdiu pupillus annos pubertatis egredietur.

n^o) I. II. §. 5. D. ad legem Falcidiam.

o) I. §. 14. D. de his, quæ ut indiguis auferuntur.

p) vita Iul. Cæsaris, cap. LXXXIII. tom. I. operum, p. 14y. edit. PITISCI.

q) §. 1. I. de her. institut.

r) libr. III. antiquitat. selectar. ex iure ciuili, cap. 12.

s) comment. de iure ciuili, libr. III.

cap. 8. tom. I. p. 164.

t) libr. VI. obseruat. cap. 5. p. 129.

v) libr. I. variar. lection. cap. 8.

x) iurisprudent. Anteiusustiniana, p.

III.

y) I. 80. D. ad SC. Trebellianicum,

z) libr. II. tit. IIII. §. 2. p. III.

diatur, ob signata permaneat, et IVSTINIANVS ^{a)} idem præcipit, quemadmodum clarius CLAVD. SALMASIUS ^{b)}, IAC. NIC. LOEN-SIS ^{c)}, IO. MERCERIVS ^{d)}, IAC. OISELIVS ^{e)}, ANTON. SCHVLTIN-GIVS ^{f)} et MARC. LYCKLAMA A NIEHOLT ^{g)} exponunt. Si imperator, vbi hæc proponit, non suadet; sed iubet, quemadmodum id statuit LYCKLAMA: nulla ratione inter tutores legitimos ideoque nec extraneos locum postulare possunt substituti pupillariter; quodsi vero modo quoque consilium esset, quod quilibet ad arbitrium suum sequi, et hinc etiam, si veller, pater statim eas aperiendas curare potest; nequit tamen lex tutelam iis deferre, quippe quæ ipsa sibi aperte repugnaret. Quum illa primum, ne ista tabula aperiatur, consultit, tum, si substitutis tutelam deferret, per id desideraret, vt manifestetur eadem. Plurimi statuunt, consilium solum esse, quod hoc loco proponit IVSTINIANVS; nec me ipsum ab hac sententia abhorrere, libere confiteor. Ille eum tantum ita substitutionem peragere debere, dicit ^{b)}, qui ita formidolosus sit, vt timeret, ne filius suus, pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum accepit, post obitum eius periculo insidiarum subiiceretur; THEOPHILVS ⁱ⁾ vero eamdem iam sententiam fouit, cuius verba digna profecto sunt, quæ a me recitentur: ἐν ἀνάγκη εἶνι, ἀλλ' ἀρεστος, μηδὲ νόμος, ἀλλα παρεδίνετος, non necessitas est; sed voluntas: non lex; sed admonitio. Quæ quamvis ita sint; contra opinionem tamen de tutela substitutorum legitima hac res maximam adfert dubitationem atque eadem ratione nihil inest roboris in arguento, quo sententiam hanc stabilire student. Ex eo, quod, qui hanc petant tutorem, successionis ius, siue illud ab intestato; siue iure substitutionis acceperint, amittunt, colligere se posse, credunt, substitutis quoque impositum esse onus tutelæ; nondum tamen adhuc constat, num per substitutionem.

neces-

^{a)} §. 3. I. de pupillar. substitut.^{b)} de modis usurvarum, cap. XI.^{c)} libr. V. miscellan. cap. 6. tom. V. thesauri critici Gruterianii, p. 455.^{d)} loco memorato.^{e)} notis ad Caium, libr. II. tit. IIII. p. 111.^{f)} not. ad eundem, loc. cit.^{g)} libr. II. membranar. eclog. XXVIII. tom. I. p. 119.^{h)} §. 3. I. de pupillar. substitutione.ⁱ⁾ parapbr. In fit. de pupillar. substitutione.

necessitas iis imposita sit petendorum tutorum. Loquitur lex^{k)} de iis tantum, qui ad successionem vocantur pupilli. Verbum: *vocare*, adhibetur alioquin solum, quum de legitimis hereditatibus sermo est. Quamvis postea substitutionis mentio fiat; vobis tamen structura est eiusmodi, ut lex illis successionem deneget, siue illa iis ab intestato obueniat; siue iure substitutionis. Quæ quamvis ita se habeant; illud tamen vere minime consectarium quis putare debet: quos lex priuat successione, quæ iis per substitutionem parta est, illi lege *dissentias* haud vocantur ad hereditatem. Sæpenumero spem successio- nis habent et nihilominus consulto substituuntur. Quodsi vero quoque ii, qui a lege ad successionem non admittuntur; sed ad illam per solam substitutionem perueniunt, ad petendos tutores lege hac sunt adstricti; consequentia tamen a cura constituendorum tutorum ad ipsam tutelam haud adparet. Quum eiusmodi viri sunt petendi hincque iam tutela existit *dativa*, ut luculenter quoque GERH. NOOTRIVS^{l)}, HVG. DONELLVS^{m)} et IO. GOTTL. HEINEC- CIVSⁿ⁾ monstrarunt, necesse est, ut neque testamentarius; neque legitimus existat, qui hanc tutelam suscipiat. Ut tutores, quos legitimos vocamus; deficient, duplice ratione accidere potest. Existit saxe reuera nemo, cui lex hereditatem pupilli hincque eius etiam tutelam adsignet; aut existit quidem quis, cui lex imponit tutelam; sed excusatione legitima liberauit se a tutela. Si ob priorem ratio- nem lata esset lex, quod, quoniam nullus adesset legitimus tutor, aliis sit perendus, statim ex legitimorum tutorum censu excideret substi- tutus, quippe cui hac in occasione perendorum tutorum est imposta necessitas. Sed existere quoque possunt legitimis tutores; eo munere

F 2

tamen

^{k)} I. 10. C. de legitimis hereditatibus. Substitutum cum legitimo herede nulla ratione esse comparandum, eleganter ac scite monstrant et, qualis sit differentia inter hunc et illum, ostendunt ANTO- NIVS MERCATOR; siue, qui sub hoc nomine latet, IACOB. GVIACIVS, not. ad librum animaduers. Io. Roberti, libr. I. cap. 32. tom. v. operum, part. II.

p. 79. et IOAN. VOETIUS, commentar. in pandectas, part. III. p. 193.

^{l)} commentar. ad pandectas, libr. XXVI. tit. VI. tom. II. operum, p. 553.

^{m)} commentar. de iure ciuili, libr. III. cap. 8. tom. I. oper. p. 164.

ⁿ⁾ diss. de suprema principiis et ma- gistratum iure, §. 24. tom. II. oper. libr. I. exerc. 20. p. 739.

tamen, quum excusarunt se a tutela, haud fungentes; verum enim iure eorum in numerum substitutos haud referendos esse, ex eadem lege patet. Postulat a substitutis, ut perant tutores pupillis; MODESTINVS ^{o)} vero dicit: *qualitercumque dimissi sunt per excusationem a tutela, necesse non habent petere pupillis tutorem, ut ait Seueri et Antonini constitutio.* Aperte statueremus *avtropia*, si iam THEODOSIVM et VALENTINIANVM ^{p)}, substitutis petendorum tutorum necessitatem tunc imponere, putaremus, quum excusassent se. Luculenter potius ex eo, si omnia mente et animo complectimur, videmus, substitutum legitimos inter tutores per hanc constitutionem locum haud nancisci. Verum quidem est, matrem petere debere tutorem, quamvis legitimam alioquin tutelam gerat: *sunt autem quidam, inquit MODESTINVS q), quibus est necesse, petere tutores, puta mater et liberi;* ex eo tamen nihil sequitur. Non imposita; sed solum permissa est matribus liberorum tutela ^{r)}, ideoque nec, ut excusationibus vatur, opus ei est, quum tutelam gerere nolit. Separant igitur illam tutelam maternam ab aliis legitimis prudenter eamque voluntariam vocant ^{10. GYTIEREZ s), 10. BRVNNEMANVS t), SAM. STRYKIVS v)} recteque facit ^{10. ORDVIN. WESTENBERGIVS x)}, dum legitimam tutelam in ordinariam dispergit atque extraordinariam et per hanc illam intelligit, quae matri & auiae volentibus deferuntur. Quae quum ita sint ideoque nec vila ratione ex memorata lege substitutorum tutela fungi possit: minime illos in legitimorum extraneorum tutorum ordinem adsciscimus et eo prius in LUDOLPH. SCHRADERT ^{y)} sententiam discedimus, qui iam FABRI opinionem explosit. Refutat quidem illum summus vir, SAM. STRYKIVS ^{z)} hancque

^{o)} l. 2, §. 7. D. qui perant tutor.

^{p)} l. 10. C. de legitimis heredibus.

^{q)} l. 2, §. 2. D. qui perant tutores.

^{r)} l. 2. C. quando mulier tutelæ officio fungi potest. Nouell. xx. cap. 40. CXVIII. cap. 5.

^{s)} de tutelis, part. 1, cap. 12. num. 10.

^{t)} commentar. ad digesta, part. II. p. 156.

^{v)} de tutela materna principum, cap. 2.

^{x)} princip. iuris secundum ordinem digestorum, libr. XXVI. tit. IIII. §. 18. tom. II. operum, p. 413.

^{y)} tractatu feudalii, part. XVIII. sect. 10. tom. II. p. 517.

^{z)} usū moderno, tom. III. p. 474.

hancque defendit; quum tamen is arguento stabilire illam tantum studet, quod ex exemplo tutelæ maternæ dicitur, non est, quod hac de re plura verba faciam. Quam infirmum istud sit et quam parum habeat ponderis, ex supra dictis magis emergit.

S. XI.

POST QVAM tutelæ extraneorum legitimæ species recensui: quo iure quælibet carum in legitimarum tutelarum numero locum vindicet, inuestigavi hisque adieci, quid speciatim de illis memoratu dignum fanciant leges, progrederi ad alia. Superuacaneum foret, si copiose ea, quæ de tutoribus generatim constituta sunt in iure ciuili, in tutoribus quoque legitimis extraneis valere, monstrare in animo mihi esset; sed intueri in ea solum nobis licet, quæ de legitimis tutelis scita sunt speciatim, vt inde, quid ex iis cum ratione tutelæ extraneorum conueniat: quidue ei haud congruens sit, monstrem. Quod quum eo facilius confici possit, quippe solummodo rationem legis considerare nos oportet, ab iis, quæ extraneis cum aliis legitimis tutoribus sunt communia, initium capio atque eo refero, quæ de liberatione tutelæ legitimæ memoratu sunt digna. Quemadmodum agnati et, qui propinquitatis vinculis coniuncti sunt cum pupillo, si vocantur ad tutelam, excusare se possunt; ita etiam libertatem hanc haud denegandam esse extraneis, quisquis concedet. Aliter quidem sentiunt IAC. CVIACIVS a) et, qui eum sequuntur, quum ob MODESTINI b) effatum, legitimos nullam excusationem habere, putant; minime tamen ex eo illud sequi; sed eodem iure vti alios; ita quoque legitimos frui, IO. VOETIVS c), IO. SCHILTE-RVS d), ANTON. SCHVLTINGLVS e), EVERARD. OTTO f), PETRVS TOVLLIEV g) luculenter monstrarunt. IVSTINIANVS h) tutores de declinatione huius muneris purgare se debere intra quin-

F 3

qua-

a) not. ad Vlpianum, tit. xi. in iuris prudentia Antiochianæ, p. 599.

d) prax. iuris Romani, exercit. XXXVII.

b) l. 13. D. de excusat. tutorum.

§. 149. p. 418.

c) commentar. ad digesta, part. II. p. 215.

e) not. ad Vlpianum, loc. cit. p. 600.

d) not. ad institution. p. 150.

f) collectaneis, dist. VII. §. 22. p. 262.

g) §. 13. I. de excusationibus.

quaginta dies continuos dicit, cuiuscunque generis sint. Quamuis deinde ille hoc testimonium debilitare videatur, quum ista verba explicat et: *id est, qualitercumque dati fuerint tutores*, dicit; maiorem tamen hac in re lucem accedit **MODESTINVS**. Qui quum antea loquitur de excusatione ob numerum liberorum, ita pergit: *i) τάτο δὲ δοκεῖ μὲν εἰρηθεὶς περὶ τῆς κατὰ διαθήκης δούλων ἐπιτέρπεις; οὐκότοι δὲ ἀν-*
καὶ ἐπὶ παιώνων ἐτέρου, hoc autem videtur quidem dictum esse de tute-
rato secundum testamentum; conuenit autem hoc et in omni alio; duabus
vero aliis constitutionibus DIOCLETIANVS ET MAXIMINIANVS k)
testantur, patruum, legitimum tutorem, se posse excusare. Ex his
quum clare pater, eos etiam tutores, quos legitimos vocamus, liber-
tate frui, per legitimas excusationes a tutela feso liberandi: non mi-
rum est, quid sit, quod patronorum liberos, tutores nimirum extra-
nos, excusationes habere adfirmet VLPIANVS l): queri potest, si
patroni filius sit remotus; vel excusatus, an nepoti tutela deferatur?
Quae quum ita sint: non minus extranei, quibus lex tutelam commi-
tit; quam agnati retinent ius successionis, quamvis tutelam haud ad-
ministrauerint, ut de legitimis tutoribus clare docent: IO. BRVNNE-
MANNVS m), IO. VOETIVS n) et AVGUST. LEYSERVVS o),
quumque BENED. CARPZOVIVS p), heredem eo consilio iuri succe-
sionis haud renuntiare posse, ut liberet se a tutelæ administratione, col-
ligit, concludimus, neque extraneum facere id posse. Quemadmodum
in eo conspirant extraneorum pariter ac sanguine iunctorum tutelæ
legitima; sic conuenient quoque in modo, quo ii, quibus ille sunt
commissæ, ab officio remouentur. Ut eo magis mederentur incom-
modis pupillorum et cum primis eorum nefariorum tutorum malitiā
coerceant castigarentque, qui munus suum subdole, negligenter ac
segniter administrabant, crimen istud quidem dignum iudicarunt, quod
in-

i) l. 2. §. 5. D. de excusationibus.

k) l. 1. C. de legitima tutela et l. 9.

C. qui dar. tutor.

l) l. 3. §. 8. D. de legitim. tutoribus.

p. 156.

n) commentar. ad digesta, part. II.

p. 215.

o) meditat. ad pandect. specim. cccxxxii.

medit. 3.

p) libr. IIII. resp. 61.

infamia notarent; sed legitimos exceperunt, ne, quam notam turpitudinis inurerent tutoribus, eamdem inferrent pupillis. Quodsi quidem leges intuemur, in quibus hæc pena constituta est et simul legitimi sunt excepti, vti eas illustrant 10. CORASIVS q) et GERH. NOODTIVS r); earum ratio non in successione; sed in propinquitate consistere videtur hincque adparet, illas tantum de tutela agnatorum loqui; MODESTINVS s) vero clare rem definit, et vinculum necessitudinis rationem sanctionis huius esse adfirmat. Illam necessitudinem non solum locum habere inter agnatos aliosque ex una stirpe genitos; verum etiam inter dominum ac seruum: patronum ac libertum ceterosque, inter quos vnius hereditas ad alterum peruenit, iam supra docui. Si tutor, inquit, aliquo vinculo necessitudinis; vel adfinitatis pupillo coniunctus sit; vel si patronus pupilli liberti tutelam gerit et quis eorum a tutela remouendus videatur, optimum factum est, curatorem ei potius adiungi; quam eundem cum notata fide et existimatione remoueri.

§. XII.

Quia quidem in re conuenit cum ceteris legitimis tutoribus extraneus; differt tamen ab aliis, quando capit is deminutionem patitur. Tradit hoc IVLIVS PAVLLVS his verbis t): tutelas etiam non amittit capit is minutio: exceptis his, quæ in iure alieno positis personis deferuntur. Igitur testamento dati; vel ex lege; vel ex senatus consilio, erunt nihilominus tutores. Sed legitima ex duodecim tabulis interuersuntur, eadem ratione, qua et hereditates exinde legitime, que agnatis deferuntur, qui desinunt esse, familia mutati. Reperiuntur hoc in effato nonnullæ paullo obscuræ dictiones, que quantum crucient interpres, vel ex iis perspicere liceat, quæ tradunt IAC. CVIACIVS v), FRANC. HOTTOMANVS x), PETRVS FABERY), ANTON.

q) libr. IIII. miscellaneor. cap. XVIII. p. 312.

r) libr. I. probabilium, cap. 13. tom. I. operum eius, p. 60.

s) l. 9. D. de suspect. tutoribus.

t) l. 7. D. de capite minuuis.

v) in Iulio Paullo, libr. XI. tom. II.

operum, p. 169. et notis ad Vlpianum, tit. XI. p. 597.

x) libr. IIII. observationum iuris, cap. VIII. p. 60.

y) libr. IIII. semestrium, cap. XXIIII.

ANTON. GOVEANIVS ^{z)} , ANTON. AVGVSTINVS ^{a)} , HVG
DONELLVS ^{b)} , IAN. A COSTAC^{c)} , FRANC. BALDVINVS ^{d)} , MAR-
CVS LYCKLAMA A NIEHOLT ^{e)} , ANTON. SCHVLTINGIVS ^{f)}
aliique. Maximam difficultatem habere iis visa sunt verba: *iure*
alieno. Itaque adiiciunt iis nonnulli voculam: *non*: alii pro verbis:
in iure alieno positis, legunt: *qua iure agnationis proximis potissimum*
deseruntur; alii vero locum ita emendant, ut pro *iure alieno* iuris-
consultum scripsisse putent: *iure antiquo* et per illud leges duodecim
tabularum intellexisse. Quodsi vero omnes has emendationes animo
compleceramus, facile quisquis perspiciet, ultimam minime locum
obtinere inter eas, qua probabilitatem sibi concilient. Si scripsisset
PAVLLVS: *ius antiquum*: necesse est, vt dixisset, illo iure non per-
sonis solum iure alieno positis; verum etiam patronis tutelam deser-
ri. Quam parum similitudinis veri ea emendatio consequatur, qua
iure agnationis proximis potissimum legitur quamue *CVIACIO* ^{g)} de-
bemus, luculentiter docet ANTON. SCHVLTINGIVS ^{h)} quumque
nec melius de prima lectione sentit MARC. LYCKLAMA A NIE-
HOLT ⁱ⁾: sane optime ii sibi consulunt, qui medicorum instar
prius medicinam non adhibent; quam morbum, cui medeantur, adesse,
intelligant. Quum quilibet tiro in legum scientia memor esse debet
diuisionis personarum in personas sui iuris easue, que alieno iuri
sunt subiecta, quam praebet nobis *IVSTINIANVS* ^{k)}: ex illa iam
intelligimus, quid sibi velit PAVLLVS, dum de personis, in iure
alieno positis, loquitur. Quum imperator eodem in loco dicit:
*rursus earum, qua alieno iuri subiecta sunt, aliae sunt in potestate pa-
rentum, aliae in potestate dominorum*, illoco paret, sermonem hic esse
de iis, que sub patria potestate erant. Quoniam eiusmodi homines,
quibus-

^{z)} libr. II. varior. cap. 12.

tom. I. p. 108.

^{a)} libr. I. emendation. cap. 2.

g) in *Iulio Paullo*, libr. XI, tom. II.

^{b)} libr. IIII. commentar. de iure ciuili,

operum, p. 169.

cap. 14, tom. I. p. 194.

^{h)} memorato loco.

^{c)} not. ad §. 4. I. quibus modis tutela

ⁱ⁾ excitato loco.

finit.

^{j)} pr. I. de his, qui suū; vel alieni

^{d)} in iurisprud. Muciana, p. 169.

^{k)} iuris.

^{e)} libr. I. membranar. eclog. XXIII.

quibuscumque modis ex illa excent, minimam capitis deminutionem patiuntur; neque ex iis exclusi sunt emancipati Anastasiani et Iustiniani, quemadmodum ostendit ANTON. SCHVLTINGIVS¹⁾, docet nos hoc in effato PAVLLVS, quamvis alioquin capitis deminutione tutela haud amittatur; eos tamen, qui sub patria potestate erant, hac in re esse excipiendos, propterea quod status familiaris mutatur et ideo etiam tutela, ob illum commissa. Sed idem quoque scriptor nobis monstrat, extraneos contra perdere haud tutelam per minimam capitis deminutionem. Erant illi tamquam extranei in nulla familia debebant ius succedendi liberto nulli illius statui ideoque nec, quæ semper cum hoc coniuncta erat atque ex eo sequebatur, tutelam. Quum itaque PAVLLVS eas tantum tutelas excipit, que deferuntur personis, in iure alieno positis: satis luculentiter declarat, ceteras ideoque et legitimas extraneorum haud amittit per capitis deminutionem. Clarius haec de re haud loquitur PAVLLVS; facit tamen id VEPIANVS, quippe qui ait *m*): *excepta tutela patronorum, legitima tutela capitis deminutione amittitur, cui adiungas CAIVM.* Qui dum dicit *n*): *satis constat, etiam in potestate sit parentis filius*

¹⁾ *iurisprudentia Anteiusfinianeae*, p. 593. Aliter tamen sentiunt HIRON. ALEXANDER, not. ad Caium, *libr. II. institut. tit. VIII.* p. 132. et IACOB. CVIACIVS, not. ad Vlpian, fragmentor. *tit. X. §. 5. p. 592.* Etenim quam PAVLLVS in *I. 3. §. 1. D. de capite minutis*, emancipari neminem posse existimat, nisi in imaginariam seruilem causam sit deductus, non obscure significat, emancipatum capite se haud diminuere ob mutationem status familiaris; sed potius ob simulatam seruitutem. Quum itaque sublata est illa per Anastasianam ac Iustinianeam emancipationem: illos, qui his modis a patria potestate liberantur, capitis deminutionem haud pati, duuiri inde colligunt. Recet tamen mo-

net SCHVLTINGIVS, *loco excit. emancipatos, si non amplius ob seruitutem; nihilominus tamen ob commutatum familiaris statum capite se diminuere.* L. vlt. D. *de capite minutis.* Præter SCHVLTINGIVM euolvas VLRIC. HV-BEVVM, digress. *libr. III. cap. 6. IAN.* A COSTA comment. ad *inst. tit. quibus modis ius patriæ potestatis solvit.* IO. GOTTL. HEINECGIVM, antiquit. Roman. *libr. I. tit. XVI. p. 214.* atque illumstrem virum, IO. CASP. HEIMBVR-GIVM, patronum, quem omni obseruantia colo, disserat. *de emanicipatione Romana et Germanica*, §. XXXIII. p. 36. sqq.

m) fragment. *tit. XI. §. 9. p. 599.*
n) *I. 22. D. de iure patronatus.*

patronæ, nihilominus legitimo iure ad eum pertinere hereditatem, simul nullam vicissitudinem in hereditate pariter ac tutela fieri adfirmat, vbi ex eadem potestate per emancipationem ceterosque modos egreditur. Repugnare quidem his et simul sibi ipsi videtur *VLPIANVS* ^o), quum alio loco scribit: *legitima hereditatis ius, quod ex lege duodecim tabularum descendit, capitis minutiōe amittitur*; eumdem tamen tantum de ingenuorum; nec de libertorum hereditate interpretandum esse, recte monet *IACOB. CVIACIVS* ^p). Si omnes alioquin legitimæ hereditates capitis diminutione extinguerentur: perimeret illa quoque successionem in bona libertorum et per consequentiam eorum quoque tutelam. Itaque, quum mutatio status familie causa esset, cur agnitorum tutelas tollat capitis diminutio: patronus retinebat tutoris prouinciam, propterea quod illam ob eiusmodi statum haud accepit. Eo maiori vero iure miramur, cur in mentem venerit *IAC. CONSTANTINAE* ^q), viro, alioquin satis litterato, illam legis huius rationem reddere, propterea quod tutela patronorum non fundata sit legibus duodecim tabularum. Nullam hancce sententiam consequi similitudinem veri, quilibet perspiciet, qui doctrina capitis diminutionum non profus rudis est atque ignarus.

^o) fragment. cit. xxvii. §. 5. p. 670.

^p) not. ad *VLPIANUM*, loco memoraro.

^q) libr. i. subtilium enodationem, cap. 7.

tom. IIII. operum omnium, p. 494.



SECTIO

SECTIO POSTERIOR

DE

TUTELA EXTRANEORVM
LEGITIMA IURIS
GERMANICI.

ΣΤΝΩΨΙΣ.

GERMANOS antiquissimis quidem temporibus legitimos tutores ignorasse; postea vero illos eodem modo, quo Romanos, habuisse, monstratur; §. I. neque minus eo peruenire apud eosdem tutelam, quo redeat hereditas, ostenditur ex iuribus, quibus Germania pro vincia et singulares ciuitates parent, que id expresse, §. II. queue tacite declarant, §. III.

Quibus praemissis, ex his tutelam quoque extraneorum legitimam in Germania locum habere, concluditur, §. IIII. ac tum tutorum illorum species enarrantur. Quorum quin duas classes consti tuantur et in prima, qui toti Germania sunt communes, collocantur, locum in iis tener primum dominus directus, quem munus hoc sustinere, probatur, §. V. et investigatur, quo tempore illud ei imponi coperit, §. VI.

quemadmodum illud fuerit comparatum,
§. VII.

et num nostra etate ab usitata consuetudine recesserit, §. VIII.

Secundus adsignatur simultanee investitibus quunque, quo iure id fiat,
§. VIII.

et quis tutelam accipiat, si plures simul sint simultanea investiti, monstratum est, §. X.

Tertium sortiuntur, qui gauerbinatus; vel confraternitatis vinculo cum pupillo sunt iuncti, §. XI. XII.

Postquam quarto loco positi sunt expectatiuarii bisque adiecti, qui falso in hunc numerum referuntur, §. XIII. recensentur ii, qui ad alteram classem numerandi sunt, §. XIV.

ac, quid generatione de illis tutoribus extraneis legitimis iure Germanico memorata sit dignum, adiicitur. §. XV.

§. I.

QVID de extraneis legitimis tutoribus Romanorum leges sanxerint, satis explicatum arbitror in sectione superiore: sequitur, ut ad patria instituta me conuertam. Quum maiores id in honori loco ac gloriae, quod inter eas gentes numerarentur, quarum solum nomen ob nobilitatem earum barbariem moratores horrebat, ponerent omnemque morem, ipsorum inflammatum esse cupiditate bellandi, satis declararent: non aliis quoque legis notitiam habuerunt; atque illius, quam, non scriptam; sed natam, ex natura ipsa adripuerunt. Ignorabant itaque etiam illi omnes eos tutores, quos istud ius naturale haud constituit: qui apud eos parentibus orbati, nondum educati erant, in tutela eorum existebant, quorum officium esse, tueri pupillum, ratio illos docebat. Quibus quidem rebus efficiebatur, ut iidem tutelam, quos in legitimorum tutorum Romanae leges censum numerant, gererent et instituta Longobardorum *a*), Saxonum *b*), Burgundionum *c*), Wisigothorum *d*) aliaque, quae recensent *IO. FRID. POLAC* *e*) et *IO. GOTTL. HEINECCIVS* *f*), prouinciam hanc iis, qui arcis propinquitatis vinculis cum pupillo sunt coniuncti, mandandam esse iubarent, quippe ex ratione eiusmodi homines praeter necessitate ad strictos cerimoniis, incommodis impuberum suorum propinquorum medendi; legitimi tamen tutores antiquissimis temporibus in Germania prorsus ignoti erant, Imposuerant eam ob rem consanguineis aliisque, quibus a lege tutela commissa erat, legitimorum tutorum nomen Romanorum leges, ut fecernerent ab illis alios tutores; apud Germanos vero non opus fuit, ut eiusmodi distinctionis voculam adiicerent. Raro ibi extiterunt,

a) libr. IIII. tit. XXXVIII. leg. I. in corpore iuris germanici PETRI GEORGISCH, p. 1177.

b) tit. VII. leg. 7. p. 450.

c) tit. LXXXV. de pupillis, p. 394.

d) libr. IIII. tit. IIII. p. 1967.

e) Systemat. iuris germanici, libr. I. cap. 14. p. 51.

f) libr. I. elementor. iuris germanici, tit. XV. tom. I. p. 274. cui adde illustrem virum, IO. AVGUST. HELLFELDIVM, patronum meum maxime colendum, in iurisprudencia Struviana heroica, tom. III. p. 507. sqq. et GOTTFR. REVIVM, in fundamentis zutelarum legitimarum, p. 8.

runt, qui diuersi fuissent a tutoribus, ob propinquitatem constituti, et, quamvis antiquiore iam ætate datiuos tutores non penitus ignotos fuisse, ex lege Wisigothorum g) pateat: quodsi nec patruus; nec patrui filius, qui digne tutelam suscipiat orphanorum, fuerint, tunc tutor ab aliis parentibus in præsentia iudicis eligatur; minime tamen in legitimos ac datiuos diuerterunt tutores. Quæ quamvis ita sint comparata; illum tamen iurium Germanicorum prorsus rudem atque ignarum esse, oporterer, qui legitimorum tutorum notionem Germanis inusitatam statueret atque inauditam. Postquam inueteratam barbariam delere coeperant ex moribus disciplinaque maiores nostri, maxime locupletatum quoque est atque amplificatum ius, quo vrebantur, quumque deinceps familiarioris ipsis esset eum Romanis legibus: irrepserunt multa ex iis in statuta eorum. Inter illa primum fere locum obtinebat diuisio tutelæ in testamentariam, legitimam ac datiuam idque eo maiori iure, quum iam antea legitimis ac datiuis tutoribus nomine tantum carerent et recipia virosque haberent hincque solos testamentarios Romanis deberent h). Hanc ob rem nominat iam seniorem agnatorum *tutorem legitimum* EYKIVS AB REP GOV i), quippe qui postquam illum, der älteste ebenbürtige Schwerdingen, tuteore esse adfirmat, ita pergit: also ein Kind zu Lenrechte zu seinen Iären kommen, sin rechte Vormunde sal es doch an sine gute verstem zu sine nuzze. Idem facit Weichbildum ii), ubi dicit: es ist auch oft einer der Kinder rechter vormund, ein anderer aber hat ihr Gut unter ihm; præsertim vero rem declarat locus, qui in sanctionibus a

G 3

CARO-

j) br. IIII. tit. IIII. leg. 3. p. 1967. cui accedit lex Longobardorum, in qua PIPINVS, libr. IIII. tit. XXXVIII. leg. 1. p. 1176. hac sancit: et si tutor illorum aliquis esse notuerit, iudex præuidat dominum itementem bonum, iuxta ut lex illorum est, qui pro nostra præceptio-ne illorum cauffam peragere debeat.

b) pluribus hanc rem egregie illustrat vir illustris, patronus omni obseruantia mihi reuelendus, IO. RUDOLPHM.

ENGAV, element. juris german. libr. 1. tit. XXV. p. 241.

i) in dem Sachsenpiegel, libr. 1. art. XXXII. p. 66. ed. perill. CAR. GVIL. DE GAERTNER. Addc libr. 1. art. XXXXIII. p. 97. et antiquiorem eius interpretem, notis ad citat. locum.

ii) artic. XXXVII. in corpor. iuris publici et priuati IO. STEPH. BVRGER-MEISTERI, tom. I. p. 185.

CAROLO V. k) et RUDOLPHO secundo l) publicatis, reperitur
dass ein ieglicher Vormunder, er sey gleich Testamentsweis verordnet;
oder durch das Recht; oder Richter gegeben, sich der Vormundschaft
nicht unterziehen soll, die Verwaltung sey ihm dann zuvor durch die
Obrigkeit decerniret und besohlen. Qui quum mentionem facit omnium
tutorum, testamentariorum, legitimorum ac datiuorum, nemo
fane mirabitur, si omnia fere instituta, cum prouincialia; tum mu-
nicipalia, hac in re cum illa lege conspirare et tutores in has species
diuidere reperiatur, quorum tanta est copia, ut recensere illas, sit
superuacaneum hincque tantum ad HENRIC. GLESEBERTVM m)
prouocare nobis licet, qui illarum copiam nobis facit. Verum enim
vero non potest non cuius eo magis mirum videri, quid sit, quod
doctissimi viri in Germania legitimum tutelam in vsu esse negent
nosque eorum in censu CASP. SCHMIDIVM n) ARNOld. VIN-
NIVM o) ac IO. PETR. DE LVDEWIG p) cernamus. Equidem
negare haud possum, in tanto specialium iurium numero quædam;
sed per pauca tantum existere, in quibus legumlatores dubitarunt certas
personas designare, quibus committatur pupillorum tutela. Ut
exemplis dictis fidem faciam, testimonium eius rei nobis præbent ea,
quaæ scita sunt de tutoribus ab Vlunensibus. Qui quum, deficientibus
testamentariis tutoribus, alios constituendos esse, in statutis suis adfir-
mant, haud nominatim definiunt, qui eligendi sint; sed ita generatim
loquuntur q): waren aber beyde ehgemæcht und also Vater und Mutter
mit Tod abgängen und die Kinder hesten in dero Lebzeiten keine Pfleger
bekommen, so sollten denensciben Kindern ihre nechste Blutfreund; oder
Verschlägerte, auch innerhalb Monatsfrist nach bemelden Absterben
Pfleger

k) reformatione politica, publicata
ann. CIO 10 XXXVIII. verb. dass auch
ein ieglicher.

l) ordinat. politica, ann. CIO 10 LXXXVII.
tit. XXII. num. I.

m) pericul. statutor. secund. cap. XVIII.
§. 27. p. 10.

n) rit. v. comment. are. I. num. 23.
sq.

o) ad §. 3. fin. Instir. de legit. tutela
num. 2.

p) opusculis miscellis, tom. II. opusc.
III. §. 12. p. 110.

q) der Stadt Vlm Gesetz und Ordnun-
gen, part. II. rit. v. §. 8. Addantur his
Statuta von der Stadt Einbeck, PUFFEN-
DORFFI obseruat. ad ius universit.,
tom. II. adiecta, cap. XVI. p. 223.

Pfleger begebren: aliarum legum, quæ idem faciunt; nec legitimos tutores constituunt, meminit HENR. GIESEBERTVS ^r). Quæ quamvis VNNIS ceterorumque sententia fauere videantur; ab his tamen ad viuversam Germaniam minime concludere licet; neque idem ex eo colligere possumus, quod in more positum sit institutio que omnium fere prouinciarum, vt legitimi, priusquam officio fungi incipient, a magistratu confirmantur. Videntur quidem per id a magistratu constituti hincœ maiori iure in datiuorum; quam legitimorum numerum referendi: nihilominus tamen semper legitimos existere, diuersos a datiuis, clare patet, si rem animo paullo curarius lustraueris. Quemadmodum Romano iure nonnulli a lege *duos* designantur, quos tutelam fuscipere oporteat; ita quoque iuribus prouincialibus pariter ac municipalibus eiusmodi nominantur. In eo tantum inter se differunt, quod Romæ statim tutores erant, teste IVSTINIANO ^s; in patriis moribus vero auctoritate publica munus hoc imponitur, vt pluribus FRANC. FRID. AB ANDLER ^t), IO. SCHILTERVS ^v), IO. BALTH. L. B. DE WERNHER ^x) et IVST. HENNING. BOEHMERVS ^y) monstrant. Quamquam autem antea partibus suis haud funguntur; maxime tamen discrepant a datiuis tutoribus. Si adhuc existant eiusmodi, quos speciatim lex nominat; nec præsto sint magistrati rationes, cur arceri illi possint a tutela: haud libere hac in re iste agere potest; nec dare tutelam, cui velit: contra, dum tutor, vti vocatur, datiuus constituendus est, libera est illius lectio. Discimus istud non solum EX EYKIO AB REPGOV ^z) eiusque interprete ^a), quum legitimum tutorem a datiuo distinguat ac separat; sed corroborat idem egregie lex, qua, vt legitimus tutor a iudice confirmetur, primo cautum est. Factum id est in supra memorata constitutione CAROLI V. quam renouauit RVDOLPHVS II. In ea

^r) pericul. statutor. secundo, art. xx. p. 110.

^s) §. 3. I. de tuteis.

^t) libr. II. iurisprud. thes. v. §. 26.

^v) prax. iuris Romani, exercit. XXXVII. f. 138.

^x) obseruat. forens. rom. I. part. V. obseru. CXIII. p. 1039.

^y) consultat. et decision. rom. I. part. II. argum. II. p. 21. sq.

^z) libr. I. arric. XXXXIII. p. 97.

^a) gloss. ad libr. I. art. XXXVII. p. 101.

ea non solum legitimum; verum etiam testamentarum a iudice constitui iubet et, quod maximum est, dum haec proponit, bene tutorem in testamentarium, legitimum ac datuum distinguit:
b) dass auch ein teglicher Vormunder, er sey gleich testamentarische verordnet; oder durch das Recht oder Richter gegeben, sich der Vormundschaft nicht unterziehen soll, die Verwaltung sey ihm denn zuvor durch die Obrigkeit decerniret. Quo posito, luculentus haec constitutio, quum quibuslibet tutoribus administratio officii eorum a magistratu committitur, rationem nobis indicat, cur iure prouinciali Hennebergico **c)** legamus de legitimis tutoribus: *sie sollten auch zur Vormundschaft gelassen; oder gegeben werden; statuta vero Lubecensia d)* ita loquantur: *vnd da etliche von der Schwerdseiten allhier verhanden seyn, sollen dieselbe vor allen andern vorgezogen werden.* Eadem nos quoque docet, neque in Treuirensium; neque in Stiriensium prouinciali iure legitimos sublatos esse, quamvis de his, qui sanguinis vinculis cum pupillo sunt coniuncti, illi solummodo sanxerint **e)**: *sie sollen zugelassen werden; hi vero f): sie sollen durch unsren Vitzthum verordnet und verschafft werden, et leges, in prouincia Wurtembergensi latae, etiam consanguineos declarare legitimos tutores, vbi dicunt g): in welcher Wahl und Verordnung sich vornehmlich wohl umsehen und erwegen sollen, solehe Personen, Verwandte und andere zu Pfleger zu erkiesen und zu verordnen, die bey ihm fur fromm, gottesfurchtige, Ehren und Biedermannen erkandt.* Neque vero aliud, quam id quoque ex eodem fonte derivandum est, quod, quos viros ipsa lex nominat, illi putandi sint pro legitimis tutoribus, quoquomodo istud factum sit. Siue enim hanc prouinciam illis committere videatur lex **d) uero**, quemadmodum id faciunt iura prouincialia et municipalia

b) ordinat. politic. ann. 1510 LXXVII.
tit. XXXII. §. 1.

c) Landesordnung der Furstl. Graf-
 schafft Henneberg, tit. VI. cap. I.

d) libr. I. tit. VII. §. I.

e) Vntergerechtsamordnung des Erzstifts
 Trier, tit. von Tutori und Vormundern.

f) Reformation des Furstenthums
 Steyer, tit. XI.

g) Wurtenbergische Landesordnung,
 tit. XXXII. §. 2. addic die Landesordnung
 von Baden, part. II. tit. III, et die confr-
 mirte Wayenamtsordnung in Lausitz,
 §. 3.

palia, Franconicum *g*), Megapolitanum *b*), Dithmarsicum *i*), Francofurtense *k*), Stadense *l*), Hadelense *m*), arque Otterndorfense *n*); siue illa magistratum propinquis præ aliis deferre tutelam; vel eius administrationem permittere iubeat; siue denique consanguineos præ aliis necessitate, muneric illius suscipiendo, adstringat: semper illi *legitimorum* nomen poscere queunt. Non frustra igitur laborem suscepit, quum iam, legitimos tutores Germanis visitatos esse, more suo, id est, scire ac literate, docere studuit vir illustris, FRID. ESALAS PVFFENDORFIVS *o*).

§. II.

Ex his quum clare pater, legitimos tutores fuisse communes Germanicis iuribus cum legibus Romanis: tum singularem quoque in eo Romanorum et nostrantium reperimus consensionem, quod legitima tutela in successione est fundata et quod ei illa committitur, cui post mortem pupilli illius quoque hereditas obuenit. Conicit quidem GOTHOFRED. REISIVS *p*), leges illis, qui cum impubere propinquitatis vinculis sunt coniuncti, munus hoc demandasse, propterea quod iis natura insitus esset amor, quo impellantur ad defendendos se inuicem et ab interitu; aut aliorum iniuria vindicandos. Sed commodum successionis veram esse rationem, cur imposuerint onus hoc leges propinquis, ipsæ haud semel luculententer declarant. Quodsi quidem vetustissimam in æratem oculos coniciamus legesque Burgundionum, Longobardorum, Wisigothorum aliorumque populum legamus, hanc rationem ex iis inuestigare non statim possumus;

g) des Herz. Francken Landgerichts-ordnung, tit. IIII. §. 10.

b) tit. von Vormundschaften, Witwen vnd Wayßen.

i) artic. XX.

k) reformatio Francofurtensis, part. VII. tit. I. §. 4.

l) artic. IIII. §. 2.

m) part. IIII. tit. I.

n) Weichbild von Otterndorf, artic. VI. num. I. quas leges edidit PVFFENDOREIVS, in obseruat. iuris uniuersi, tom. II. adpendice, p. 179.

o) obseruat. iuris uniuers. tom. I. obseru. I. p. 150.

p) fundament. ruelar. legitimarum, §. VII. p. 9. sqq.

mus; paullo recentiores clarius hac de re loquuntur. Iam expressie rationem memoratam adferunt leges terræ Scaniæ, quæ quum datae sunt adhuc a Waldemaro rege, luculenter antiquitas earum adparet. Ut breuitati inferiam, liceat iam solum latina verba, quemadmodum de danico expressit ANDR. DE KNARDERV^p q), proferre: *ad tutelam impuberis tutor legitimus inuitatur in coniunctione sanguinis ei, quicunque proximus inuenitur. Si se ipsum tamen et alium possit defendere et prouisor esse velit non dissipans deuaſtator, ut onus ſentiat in deſtione, qui emolumen tum reſpicere poſt mortem impuberis in ſuccione.* Non me quidem fugit, leges illas locum inter patria instituta nequam tueri poſſe; attamen, quum inde elueat, Romanos haud folios heredi onus hoc imposuiffe; sed populos, septentrionem verſus habitantes, eamdem tenuiffe ſententiam; iidem vero finitimi exſtant noſtratibus: ab iis ad Germaniam concludimus merito et eo minus miramur, si, idem facere BYCKIVM DE REP GOV^r r), repeſſamus. Séniori ille agnato tutelam adjudicat; ſed ſimul eius rei rationem reddit, quod ſuſſionis in res expeditorias ſpem hancque ob rem earum quoque vſum habeat, quamdui impubes adhuc fit pupillus: *wann die Söhne noch binnien ihren Jahren sind, ſo nimt ihr ältester ebenbürtiger Schwerdmagen das Heergewette alleine und iſt der Kinder Vormund daran. Wann ſie alsdenn zu ihren Jahren kommen, jo ſoll er es ihnen benebenſt ihren vollen Gut widergeben.* Quæ quum clare indicant, propinquos onerari tutela, propterea quod ſuccedant aliquando in bona pupillorum: eamdem cauſlam varia cum prouinciarum; tum municipiorum instituta exprimunt. Codex iuriſ Lubecens antiquissimus, cuius editionem perillustri viro, ERNEST. IOACH. DE WESTPHALEN^s s) debemus, dicit: *iae negeſte erue iſ, de ſchäl weſen Vormunde: ius Dithmarsicum* t) ita hac de re loquitur: *die negeſten Bludtfreunde, by denen die Anwaltung des Erſts, als der Vnmündigen iſt, die Vormundschap up ſick nemen;* Hadelenſium vero

q) legibus terra Scaniæ, libr. III.
cap. 4. in perilluſtri viri, ERN. IOACH.
DE WESTPHALEN monumentis ineditis
rerum germanicarum, tom. IIII. p. 2038.

r) libr. I art. XXIIIL p. 65.

s) tom. III. monument. inedit. p. 642.

t) artic. XX,

vero sanctionum collectio dicit v): da aber keine Vormunder im Testamente verordnet, alsdann gebühret dieselbe den nehesten Blutsfreunden und sonderlich denen, so künftig Erben seyn können, und sollen die auch vom Gericht bestätigt werden. Nonne luculenter hæc declarant, propinquus onus ob hereditatem, quæ iis obuenir, imponi? Sed idem peragit Weichbildum Otterndorfense, a duce Magno iam anno seculi sexti ac decimi quadragesimo et primo promulgatum. Oste Kindern, inquit legis lator x), de nicht von achtein Jahren, ehre Vader verstorue, derseligen Vormunder where de Moder, so se sick nicht weder befreyet bedde; Where de moder nicht vorhanden, so where de neggsße Frunde von Schwerdt, edder Spillsyden, de der Kinder Erffname where, tho der Vormunderschop vor allen andern berechtiget. Similis est ratio statutorum Osterodenium y), in quibus hæc legimus: damit auch die Kinder nach ihrem absterben ihrer Eltern mit gehörender Vormundschaft desto zeitiger versehen werden, wollen wir, ob der Vater seinen Kindern im Testamente Vormundere benannt, daß dieselbe allen andern vorgezogen; in Mangelung deren die Blutsfreunde, so zu der Waysen Succession sich am nechsten zichen, darzu gebraucht werden soll, et iuris prouincialis Stiriensis z): sollen die nachstgebohrnen Freund, welche sonst, wo es zu fällen kommen, in die Erbschaft stehn würden --- zu der Gerhabschafft verordnet werden. Inter se comparant tutelam et hereditatem atque, ut idem ordo, quo agnati succedunt, in tutela deferenda obseruetur, præcipiunt ea, quæ scita sunt a Francofurtensibus a): dann gleichwie dieselben in der Erbschaft solcher Kindere, wann sie versterben, den Vortheil und Vorgang haben; also sollen sie auch in der Vormundschaft, so mubesam, den weitesten vorgezogen werden, hineque ad eamdem rem nobis valent, quibuscum coniungenda sunt statuta Wormatiensia b): so aber die Mutter nit im Leben und zuvor auch Todes abgangen were,

H 2

v) part. IIII. tit. I. p. 35.

x) art. VI. num. I. in PVFFENDORFII obseruation. iuris uniuersi, tom. II. p. 179.

y) art. XIII. num. 2. apud PVFFENDORFIVM, libro citato, p. 248.

z) des Fürstenthums Steyer Reformations, tit. LI.

a) part. VII. tit. I. §. 4.

b) Statutenbuch, libr. IIII. tit. VI. §. so aber die Mutter.

alsdenn sollen^{c)} die nechstgespottten Freunde, die zu vermuten, daß sie der Kinder Erben mögten werden, Tutores und Vormunder seyn. Recentiore ætate in Saxonia decretum est c): die Blutsverwandten, welche sich des commodi successionis zu getroßen, sollen die Vormundschaft auf sich zu nehmen angehalten werden; in legibus vero regni Bohemici d) etiam eaturum reperimus, vt si tutela ad legitimos tutores peruenit, munus hoc ei semper committatur, qui proximus est pupilli heres. Omnia hæc iura satis luculenter caußam tutelæ legitimæ, imposita propinquis, adferunt, quum ex spe successionis tutorem, quem designare volunt, definitur; alia vero ratione aliæ constitutiones, idque non obscurius, eam indicant. Priore sectione copiosius monstrandi occasio mihi fuit, legibus Romanis eum, qui tutelam recusat, haud hereditate priuari, quamvis secundum naturam esse, PAVLVS e) dicat, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequantur incommoda, hincque inde concludendum esse videatur, illum non dignum esse, qui fruatur commodis, si haud sustinuerit incommoda. Vberius id iam ostendit, ad quem et supra prouocauit, AVGVSTIN. LEYSERVS f), quumque aliud statuisset GEORG. ADAM. STRVVIUS g): ille hunc quoque refutauit. Licet haec in re, si de iure Romano est sermo, cum LEYSERO consentiam; non possum tamen; quin ab illo discedam, si quoque, in omnium locorum Germaniae moribus positum id esse, affirmare in animo summo viro forsitan fuisset. Irrogant potius multa statuta propinquis pupillorum, horum tutelam, que illis est delata, nefarie recusantibus, poenam amissionis hereditatis. Quemadmodum illa per id, si quis eiusmodi homines in omnibus, quibus Germania cumulata est, legibus a iusta illa poena liberos statuere vellet, cum belle refutant; sic haud obscure eadem nos docent, rationem tutelæ esse successionem: hinc, qui tutelam sibi imponi haud patiatur, nec illum dignum esse commodo successionis. Minime vnum solumento est statu-

c) Resolut. grauamin. de ann. c10 1521.
sir. Iaſtirien Sachen, num. 8.

d) IO. IOS. DE WEINGARTEN codex
Ferdinandeo- Leopoldino- Josephino- Carn-
linus, p. 543.

e) l. 10. D. de R. I.
f) meditar. ad pandectas, vol. v. spe-
cim. CCCXXXI. med. 3. p. 478.
g) iurisprudent. Roman. Germanica,
libr. I. tit. XXV. §. 3.

statutum, quod hanc poenam proposuit. Verba iuris prouincialis Franconici, quæ ad hanc rem pertinent, hæc sunt b): auf dem Fall auch sich die Freunde solcher Vormundschaft ohne erheblichen Ursachen entäusserten, und dieselbige anzunehmen sich beschwirlich weigern würden, dieselben sollen hierdurch die Anwart künftiger Erbsäle verwürckt vnd zu solcher Kinder Güter als Erben nicht gelassen werden. Eadem scita esse atque instituta in terris palatinis, hoc effatum testatur i): da aber Freunde vorhanden, die sich der aufgetragenen Vormundschaft ohne redliche erhebliche Ursachen entäussern, vnd die nicht annehmen wollten, sollen sie dardurch die Anwartung künftiger Erbsäle verwürkt und zu derselben Kinder nabrung keinen erblichen Zugang haben. Similes minæ proponuntur propinquis Monasteriensium pupillorum k): geschehe das nit in 6. Wochen nach Absall der Eltern, so sollen ermeldte Verwandten der Succession, so sie sich zu der unmitindigen Gutern einigefas verhelfen mögten, damit priuirt seyn vnd verlustig. Conspirant cum his redintegrata iura Norimbergorum l): so aber Freund vorhanden, die sich der Vormundschaft on redliche erhebliche Ursachen entäussern und die nit annemen wollten, sollen sie dardurch die Wart künftiger Erbsäle verwürkt und zu derselben Kinder Gutern keinen erblichen Zugang halen, et statuta Wormatiensia m): wenn sie binnen einen Iahr sich legitime a tutela excusirt nicht hätten, so sollen sie verlorenen haben vnd beraubet werden der Erbschafft, so ihnen von den Kindern zustehen möcht, quibus Erfurtenia adiicimus. Ita enim illa loquuntur de propinquis pupillorum, de quibus antea iam erat sermo n): soll sie der Rath beteuern, daß sie dasienige, was sie an des Pupillen Erbgerechtigkeit auf dessen Todesfall zugewarten hätten, verlustig seyn sollten, welches auch zur Nachricht

H 3

b) des Herzogthums Franckens Landgerichtsordnung, tit. IIII. §. 10.

i) Churfürstl. Pfälzische Landesordnung, tit. III. num. 4.

k) gemeine Mainzerische Landesordnung, tit. v. §. als Wir.

l) Reformation der Stadt Nurnberg, quæ publicata est anno CIO LXIIII. tit. XXVIII. leg. i.

m) libr. IIII. tit. VI. §. 7.

n) Maynzische Instruction vor Erfurt, in denen Maynzischen Ordnungen, tit. VIII. p. 113. adde: die Furfl. Oelsische Landesordnung, part. III. tit. XVI. in IO. JOSEPH. DE WEINGARTEN codice Ferdinandeo- Leopoldino- Iosephino- Carolino, p. 49. des Fürstenthums Steyer Reformation, tit. LI.

richt in des Rethes protocoll einzutragen ist. Ex his clare iam pater, propinquos propter successionem onus hoc sustinere, quamobrem nemo sane dubitabit in sententiam IACOB. MENOCHII o), LVD. SCHRADERI p), IO. BRVNNEMANNI q), HENRIC. COCEIIR), IO. LEONHARD. DE PVEHEL r), BYRCARD. GOTTH. STRVVIIT), IO. FRID. GVIL. DE NEVMANN v) aliorumque discedere, quando Romanorum leges cum patriis moribus in eo conspirare et ubique illam regulam obseruari, adfirmant: quo redit hereditas; eo peruenit tutela.

§. III.

RECENSIVI haec tenus duo prouincialium pariter ac municipalium legum genera, quorum alterum expresse, cur oneret tutela propinquos pupilli, rationem subiicit: alterum eamdem exponit, quum defugientibus hoc munus priuationem hereditatis minatur. Restat adhuc tertium. Quas istud complectitur, sanctiones non tam clare loquuntur; sed paulo obscuriores sunt prioribus; verumtamen, in iis eamdem occulte latere caussam, perspicimus, si illas intentis oculis consideramus. Pertinet eo illa statuta, quae, quum legitimis tutoribus munus hoc committendum sit, illud agnatis et cognatis simul mandari iubent. Si quis primum ea intuetur: neminem ex eo eiusmodi testimonium capere posse, arbitrabitur; sed longe aliter sentit, qui in alium campum iurium Germanicorum egreditur atque animaduertit, nostrates, ut Romanos, agnatos cognatosue non distinxisse hosque ab hereditate exclusisse; sed vtrosque simul plerumque dignos iudicasse, quibus obueniat hereditas. Leges Salicam et Ripuariorum

exci-

o) libr. II, question. cas. CL. num. 32.

p) tractat. feudal. tom. II. p. 514.

q) commentar. ad pandect. tom. II. p. 132.

r) de tutelis illustrium, sect. III. §. 2.

s) de tutelis electorum, principum aliorumque S. R. I. statuum, cap. v.

t) iurisprudentia heroica, tom. IV. p. 611.

v) comment. de tutela et patria potestate, libr. I. tit. v. §. 428. p. 269. adde HENRIC. A. ROSENTHAL, tract. de feudis tom. I. cap. VI. conclus. XXXX. num. 10. p. 282. et HENRIC. GIESEBERTVM, pericul. statut. secundo, art. XX. p. 110.

excipiam, quarum altera de terra Salica cavit z); ut de illa nulla portio hereditatis mulieri veniat; sed ad virilem sexum tota terra hereditas perueniat; altera a) vero idem de bonis paternis statuit: nonne ceterorum populorum scita omnia fere in eo conspirant, quod differentiam inter agnatos et cognatos ignorent? Memoratu digna est lex illa Wisigothica b): feminine ad hereditatem patris; vel matris, aurorum; vel auiarum tam paternorum; quam maternorum ad hereditatem fratrum; vel sororum, sive ad has hereditates, que a patruo; vel a filio patrui, fratribus etiam filio; vel sororis relinquuntur, equaliter cum fratribus veniant. Nam iustum omnino est, ut, quos propinquitas naturae consociat, hereditariae successionis ordo non diuidat: in alia legitimus c): nam omnem hereditatem, qui gradu alterum precedit, obtineat. In lege Burgundionum sanctum est d): si forte defunctus; nec filium; nec filiam reliquerit, ad sorores; vel propinquos parentes hereditas redeat; lex Baiuvariorum e) idem statuere viderit. Postquam, mulierem, marito mortuo, alteri nubentem, ex hereditate fortunas, accipere, dixerat, tam, quae eius sunt propriæ; quam, quas alioquin ex bonis mariti lex ei adsignauit, pergit: ceteras res propinquai prioris mariti accipient. Quumque his adhuc accedit lex Anglionum f) et idem adfirmat, ubi dicit: post quintam autem filia ex toto; sive de patris; sive de matris parte in hereditate succedat et tunc denum hereditas ad fusum a lancea transit, quemadmodum eam eleganter interpretatur 10.
FRIDER. POLAC g): amplissima nobis suppeditata videmus testimonia,

z) tit. LXII, leg. 6. p. 123.

a) tit. LVI. leg. 4. p. 167.

b) libr. IIII. tit. II. leg. 9. p. 1957.

c) libr. IIII. tit. II. leg. 10. p. 1958.

d) tit. XIII. leg. 2. In recitanda hac lege sequutus sum LINDENBROGLIVM: HEROLDVS primum nec omittit; sed per id quoque facit, ut nemo, quid sibi velit lex, perspicere possit.

e) tit. XIIII. cap. VIII. leg. 2. p. 309.

f) tit. VI. leg. 8. p. 449. Plura haec de re exponunt: GEORG. ZOBELIVS,

different, iuris Saxonici, part. III. diff. 17.

HERM. CONRINGIUS, de origine iuris germanici, cap. 10. SAM. STRYXIVS,

de successione ab intestato, diff. XII.

cap. II. §. 14. sqq. et zf. modern. pan-

declararum, tom. III. p. 1184. 10. GEORG.

ECCARDVS, not. ad legem Salicam, p. 107.

10. FRID. POLAC, Systemat. iurisprud.

Germanica, libr. II. cap. 10. p. III.

10. GOTTL. HEINECCIUS, element.

iuris germanici, libr. I. tit. XV. tom. 2.

p. 274. aliasque.

g) loco memorato.

nia, etiam apud Germanos ad eum tutelam peruenire, ad quem hereditas. Accidit istud, quum nec agnatos cognatosue distinguit lex Burgundionum *b*), vbi de tutoribus loquitur; sed nullam parentelam matris proponendam, et, si mater prouinciam hanc haud administret, proximum parentem tutorem esse, tantum dicit; præterea vero variarum prouinciarum et ciuitatum scita agnatos et cognatos vna ad tutelam vocant. Leges Badenses *i*), propinquos tutelam pupillorum suscipere, iubent et tum de iis dicunt: *deren*, wo die Gelegenheit solches erleyden mag, den Kindern der eine von der väterlichen; des ander von der müttlerlichen Lini verwandt sey: ius prouinciale, Borussis præscriptum, hac de re hæc constitutum *k*): vnd sollen zu solcher Vormundschaft allwegen einer; oder zween aus des Nachstverwandten auf des Vaters; des gleichen auf der Mutter Seiten auch einer; oder zween, so man die haben kan, gegeben; vnd verordnet werden. Conspicat cum illo ius Mindense, vbi hæc verba legimus *l*): wo aber durch Testament, oder letzten Willen keine Vormündere verordnet, sollen die nächstßen Freunde, vier von beyden Seiten darzu verordnet vnd aufgenommen werden. Verdensis sanctio etiam hac in re memoratu digna est *m*): der gebahrnen Vormunder scholen twe wesen: ein de negeste van de Vaderswegen vnd de ander de negeste van der Moderswegen: eamdem rem præcipiunt statuta Kedingensia *n*) et Bremensia *o*), quibus coniungendum est renouatum ius Francofurtensum. Ita enim illud de legitimis tutoribus

b) tit. LXXXV, p. 394. Voces: *parens*, *parentela*, medium xuum fabricatum est; nec per eas solos agnatos; verum quoslibet etiam sanguine proximos, agnatos cognatosue, intellexit, quemadmodum eleganter ostendit CAROL. DV FRESNE, glossar. ad scrippores media et infinita latinitatis, tom. V, p. 168. edit. Benedictinorum.

i) Landesordnung der Marggrafschaft Baden, part. IIII, tit. 4.

k) libr. II, tit. VI, art. 2, §. I, euolue-

SAM. STRYKIVM, usu moderno, tom. I, p. 472.

l) libr. II, tit. III, artic. 4.

m) statut. XXVII, quæ statuta publici iuriis fecit ill. PVFFENDORFIVS, tom. I, obseruat. iuriis viuierſi, p. 87.

n) Kedinger Landrecht, quod ius etiam edidit PVFFENDORFIVS, loco citato, tit. XI, p. 149.

o) Statuta unde Ordele der Stad Bremen, in eiusdem cel. viri obseruationibus iuriis viuierſi, tom. II, adpendice, stat. XXII, p. 41.

bus p): es sollten auch solche legitimi Tutores, sowohl von der mütterlichen; als der vaterlichen Seiten und hinwiederumb genommen werden; auch in gleicher Anzahl, so man dieselben haben kan, darzu tiglich. Inter omnia quidem haec iura ac leges Bauaricas pariter ac Lubecenses id interest, quod haec vti illa, agnatos cognatosue simul tutores constitui, non praecipiunt; attamen etiam eadem, se ob successionis commodum propinquos onus tutelae imponere, luculenter testantur. Altere q) propinquos definiunt, quibus tutela legitima sit mandanda, et per eos, tam agnatos; quam cognatos intelligere se,clare monstrant; alterae r) vero solum, vt non simul cognatis tutela deferatur et ii ad illam primum, deficientibus omnibus agnatis, vocentur, cauent. Quamvis vero haec leges omnes, tam per virilem; quam muliebrem sexum cum pupillo propinquitate coniuctos, tutelam gerendi necessitate adstringant; ab iis tamen diffidet ac cognatos a tutela remouet ius prouinciale Saxonicum. Clare enim dicit s); *der alteste Schwerdmag ist der Kinder Vormund daran.* Refragari haec aperte videntur iis, quae supra tradidimus; sed necesse fuisse, vt mores institutaque Saxorum id iuberent, si ad eum tutela peruenienda sit, ad quem redit hereditas, luculenter constat. REP GOVIVS t) ipse hanc rationem adiicit, quum seniorem agnatum successionem in res expeditorias hincque earum quoque usum, quum nondum pubescat pupillus, habere, dicit et ex eo clare colligit, eum onus tutelae quoque sustinere: *mann die Söhne noch binnien ihren Lahren sind, so nimmt ihr ältester ebenbürtiger Schwerdmag das Heergewette alleine vnd ist der Kinder Vormund daran,* id quod pluribus verbis GOTTFRID. AVG. HOFMANNVS v), IO. PETRVS DE LVDEWIG x), IO. GOTTL. HEINECCIVS y) et illustr.

p) part. VIII. tit. I. §. 5.

q) tit. v. art. 1. adde: die Fürstl. Oeffische Landesordnung, part. IIII. art. XVI. que exstat in IO. IĀCOB. DE WEINGARTEN codice Ferdinandeo-Leopoldino - Iosephino - Carolino, p. 48. et confirmirte Wayfamtsordnung in Laufnitz, §. 3.

r) libr. I. tit. VII. §. 1.

s) libr. I. art. XXIII. p. 69.

v) von der Gerade und dem Heergerüthe,

part. I cap. I. p. 118.

x) Erleuterung der güldenen Bulle,

tom. I. p. 576.

y) element. iur. germanici, libr. I.

tit. XV. §. 352.

illust. CAROL. GOTTL. KNORRIVS ^{z)} demonstrant. Quæ quum ita sint atque etiam speculum Saxonicum testimonium exhibeat, successionem rationem esse tutelæ, propinquis commissæ, quilibet inde perspicet, minime illa quoque iura specialia huic rei repugnare, quæ solummodo propinquos eosque, qui cum pupillo arctiore sanguinis colligatione iuncti sunt, die nechſtgefippten, Freunde, Verwande, die nechſten Blutsfreunde, so den Kindern Blutschall am nechſten, ad tutelam vocant; nec desinunt, num ii sint heredes futuri pupillorum; nec ne? Quum ii, qui sanguinis vinculo sunt consociati, non iure solum, quod ex natura didicimus, pariter ac Romano; verum etiam patriis moribus heredes existant eiusmodi pupillorum: illa statuta, quando iis munus tutorum demandant, tacite simul confirmant, ob successionis commodum, quo fruantur, id fieri. Veniunt eorum in censum statuta tam prouincialia; quam municipalia Franconica ^{a)}, Megapolitana ^{b)}, Bauarica ^{c)}, Hennebergica ^{d)}, Solmensia ^{e)}, Norimbergenſia ^{f)}, Francofurtana ^{g)}, Hamburgenſia ^{h)} Treuirensia ⁱ⁾ Erfurtenſia ^{k)}, Hafniensia ^{l)}, Stadensia ^{m)} multaque alia. Quæ omnia argumenta si mente atque animo complectamur, planum fit,

Ger-

^{z)} in denen rechtlichen Anmerkungen, olſeruar. vi. p. 44. sqq. Eadem ratione in der Reformation des Furſtenthums Steyer, tit. li. etiam solummodo agnati memorantur; num vero per id cognati excludantur, non liquet. Sufficit, in illa exprefse legitimam tutelam ob commodum successionis deferri. Ita enim illa: Sollen die nechſtgeborenen Freunden, welche ſonſten, wo es zu fallen kommen, in die Erbſchafft geben würden, als Agnaten zur Gerbabschafft verordnet werden. In §. seq. memorantur agnati; vel propinquū, die nechſten Freund.

^{a)} Landgerichtsordnung des Herzogthums Frankens, libr. iii. tit. ii. §. 3.

^{b)} tit. von Vormundſchafften.

^{c)} tit. v. artic. i.

^{d)} Hennebergische Landesordnung, tit. vi. cap. i.

^{e)} Landrecht der Graffſchaft Sohns, part. ii. tit. xxii.

^{f)} Reformation der Stadt Nurnberg, tit. xxviii, num. i.

^{g)} part. vii. tit. i. §. 4.

^{h)} part. iii. tit. vi. §. 4. p. 327.

ⁱ⁾ Vntergerichtsordnung des Erftifts Trier, tit. von Tutori und Vormundern.

^{k)} Mayntzische Inſtruction vor Erfurt, art. viii. que inſerta eſt in die Ordnungen vor die Stadt Erfurt, p. 113.

^{l)} legibus Hafniæ, quæ translatae ſunt in WESTPHALEN monument. inedit. tom. i. 1111. p. 1906.

^{m)} statut. Stadens. tit. i. 1111. §. 2. in PFFFENDORFII tom. i. obs. iuris vñerſi, p. 189.

Germanos heredibus onus tutelæ imposuisse. Et sic facile remouentur quoque ac tolluntur dubitationes leues , quas quis contra hanc sententiam adferre posset. Expresso quidem EYCKIUS DE REP GOVⁿ): *wer aber des Kindes Erbe ist, inquit, dem soll des Kindes Vormund, von Jahren zu Jahren des Kindes Gut berechnen und ihm erweisen, daß er wider Pflicht nicht verthue, bis das Kind zu seinen Jahren kommen.* Denn oftmahs ist einer der Kinder Vormund und ein anderer ist ihr Erbe ; eamdem vero rem his verbis exprimit Weichbildum o): *es ist auch oft einer der Kinder rechter Vormund; ein anderer aber hat ihr Gut unter ihm.* Aduersari duo hi loci aperte videntur iis, quæ ante tradita sunt ; facili tamen negotio , commentitiam solum ac futilem repugnantiam esse, perspicere possumus. REP GOV^VS haud de omnibus legitimis tutoribus generatim id adfirmat ; sed, accidere tantum aliquando p) posse, animaduertit, ut alius sit tutor : alius heres. Minime itaque refellit his verbis sententiam eorum, qui propinquum ob successionem tutorem esse apud nostrates, existimant ; sed conspirat potius cum ipsis Romanis legibus , iis legibus , quas eo tutelam peruenire, quo redit hereditas, statuere, iam tirones sciunt. Quum VLPIANVS q), legem duodecim tabularum iis tutelam deferre, adfirmavit, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt, adiicit: *interv dum alibi est tutela, alibi hereditas, quumque REP GOV^VS agnato seniori tutelam committendam esse dicit, propterea quod ei obueniat hereditas rerum expeditoriarum, exceptionem subiicit, quæ etiam si, quum germanice loquitur, verbo differre videatur ab illa, quam adiunxit VLPIANVS; re tamen est vna atque idem valet.* Consonat verbis VLPIANI effatum REP GOV^{VII} ITA; ut nobilis hic de latino ea tantummodo conuertere videatur, quumque iam dudum doctissimi viri animaduerterint, REP GOV^VM IURIS ROMANI RUDEM atque ignarum nequam fuisse idque nonnullos speculi locos, qui peregrinas illas leges

I 2

n) lib. I. tit. XXXIII. p. 67.

o) artic. XXXVIIII.

p) in codice Lipsiensi Speculi Saxoni ci, quem sue editioni adiecit perillustris

GAERTNERVS, legimus: *wen iz dicke ein der Kinder Vormundere und ein ander ior erbe.*

q) l. i. §. 1. D. de legitimis tutoribus

leges sapient, luculenter testari r), certissime persuasum habeo, quum auctor, diuersum esse saepe ab herede tutorem, animaduerteret, locum illum **VLPIANI** in speculum eius irrepisse. Si iam conieaturam, quae mihi quidem maxime probabilis videtur, vera sit, longe superuacaneum foret, in interpretando **REPGOVIO** multum operæ perdere. Quum Romæ dogma istud natum esset; Romæ vero quoque statueretur: quo redit hereditas: eo peruenit tutela, tanto minus iam illud sententiam nostram, quam tuemur, apud nostra-

r) **EYKIVM AB REPGOV** non hospitem ac peregrinum in iure Romano fuisse, clare ostendit *libr. II. Speculi art. LXIII. p. 303.* vbi Calphurnia mentionem facit, feminæ Romanæ, his quidem verbis: *dieses verlobr ihuen, inquit, allen Calphurnia, die sich vor dem Reich aus Zorn übel auffübrete, weil es ihr im Versprechen nicht nach ihren Willen gieng.* Nulla sane ratione de hoc exemplo quid scire potuisset; nisi id ex **VEPIANO** didicisset. Qui quidem in *libr. VI. ad edictum*, cuius particulam in *l. I. D. de postulando* reperimus, originem confuetudinis, mulieres a postulatione arcendi, ostendit et, spuriissimam memoratam feminam ad illam introducendam ansam dedisse, monstrat, que inuercede postulans et magistratum inquietans, caussam dediffer edicto. Nonnulli ad alium quoque locum huius *speculi*, nimirum *libr. VI. art. 56.* p. 289. provocant, quo de insula, in flumine nata, sermo est. Quum eam, qua vni ripæ propior est; quam alteri, proxima ripæ possessori adjudicat; illam vero, qua in medio flumine posita est, utriusque ripæ dominis tribuit, certissimum putant, cum haec ex iure Romano petiisse, quod quidem ita iudicasse, ex *I. 7. §. 3. D. de adquir. rerum dominio, l. I. §. 6. D. de flum. §. 22. I. de iur. dom. patet.* Verumtamen, quum minime conformia haec sunt certis opinionibus maiorum nostrorum atque si locus in codice huius iuris provincialis haud reperitur, qui Lipsiam ornat quemue perill. **CAR. GVIL. GAERTNERVS**, in editione sua *Speculi iuris publici* fecit, etiamsi antiquissimus, eodem celebrer. viro in *præfatione speculi Saxonici* obseruante, esse videatur, illufris vir. **IO. RVDOLPH. ENGAVIVS** in *differt. cuinam insularum, in fluminibus publicis natarum, competat dominium?* *section. II. §. 26.* totius loci auctorem **REPGOVIVM** non esse; sed eius librum potius interpolatum, conjecturam facit, que elegans est magnamque similitudinem veri consequitur. Quia quamvis ita sint; certum tamen est, **REPGOVIVM** ius Romanum non ignorasse, quod copiosius exponunt **IO. GRYPHIANDER**, de *Weisbildis Saxonici*, cap. *XXXVIII. p. 120.* **IO. SCHILTERVS**, *prax. iuris Romani, exercit. IIII. §. XVIII. SAM. STRYKIVS*; *usu moderno, tom. I. discurs. preliminari, p. 8.* **AVG. LEYSERVS**, *collatione iuris Saxonici cum Roman. diff. I. §. XVIII. sqq.*

nostrates etiam propinquos ob commodum successionis tutelæ onus sustinere, ferit; quanto minus legem valere quis negare potest, si eius conditor quasdam ab illa exceptiones facit. Eadem ratione nemo, hanc rem falsam esse, ex eo colligere potest, quod in quibusdam statutis cautum sit, ne eos quidem propinquos magistratus a tutela liberaret, qui nuntium remiserint successionis iuri. Francofurtenses constituerunt ^{s)}: wann die Legitimi ihrer Erbgerechtigkeit, so ihnen künftig gebühren mögte, verzeihen wollten, wie dann et wann geschehen, sollten sie doch sich damit beladen zu lassen, schuldig seyn; Lusatensis vero legem dedit 10. GEORGIVS, elector ^{t)}: sie sollen die Vormundschaft auf sich zunehmen in alle Wege schuldig seyn vnd sich da von durch Renunciirung der Lehn- anwart- oder Erbschaft nicht zu entbrechen haben, quemadmodum copiosus obseruat 10. PETRVS DE LVDEWIG ^{v)}. Sapiens sane pupillisque maxime salutaris est sanctio illa; neque tamen per eam memorata regula tollitur. Quum illa lex, quæ eum, quem alius rei commoda; eiusdem quoque incommoda sequi debere, præcipit, non naturali solum; verum etiam Romano iure fundata est: necessario ex eo quoque sequitur, vt, qui velit tutelam fuscipere pupilli, cuius opulentam ac fructuosam hereditatem cernere aliquando potest, idem quoque eam tutelam imponi sibi pati debeat, quæ molesta est atque operosa; nec magna spe consociata, fore, vt multa bona a pupillo iure hereditario ad eum perueniant. Existimauit itaque BENEDICT. CARPOZOVIS ^{x)}, se id ex ipso iure ciuili concludere posse, quumque eo accedit, legem tutelæ onus propinquis haud imponere, propterea quod reuera succedant pupillo, quippe illi, si pubescit, omni tempore eosdem propinquos exheredes scribere licet; sed quod lex eos solum legitimos tutores declarerat atque euenire possit, vt succedant: Semper restat successio ratio tutelæ. Vtraque constitutio, et Francofurtensis et Lusatensis, haud magis sententia nostra repugnat; quam illud argumentum, quo, in Saxonia eius tutelæ rationem in hereditatis spe

I. 3. haud

^{s)} part. VII. tit. I. §. 7.

v) opuscul. miscell. tom. II. libr. II.

^{t)} Waysenamtsordnung, §. 3.

opusc. III. §. 12; p. 837.

^{x)} libr. III. conf. XXXV.

haud consistere, comprobare studet 10. PHILIP. RINGLERVS ^{y).}
 Quum vti alibi; sic in Saxonia quoque patri facultas conceditur, testamento tutorem designandi atque huic cedere debent tutores, nominati a lege: adimeretur necessario propinquis per testamentarium ius, si quod haberent, eorum legitimum ex RINGLERI sententia. Concludit ex eo, caussam, cur impositum sit munus hoc propinquitatis vinculo coniunctis, locum in Saxonia habere non posse. Non solum vero Saxones tutores testamentarios habuerunt; verum etiam hi Romanis cogniti fuerunt. Nihilominus eorum leges de testamentaria tutela loquuntur: in legitima deferenda succedendi ordinem, quasi mensuram, sequuntur et iam illae per id, non opus esse, docent, ut multam operam in refutando RINGLERI argumento perdam.

§. III.

Qvo posito: minime, ex his iudicare, ardua res erit ac difficilis, num et apud Germanos extranei legitimi tutores existant. Quum minime leges ac statuta ob arcata sanguinis colligationem propinquis tutelam mandarunt atque illos legitimos declararunt tutores: animaduerrit iam vetus provincialis iuris interpres ^{z)}, non vnum esse genus legitimorum tutorum, der rechte Vormunden. Triplices potius legitimos tutores statuit quumque eorum in censu primo locum adsignat propinquis; siue iis, die so von Schwerdhalben, darzu geborenen seyn: pergit: die andern sind die, welchen von einen wegen erkander Treu und ungezweyffelter Zuuersicht die Vormundschaft besohlen wird; quibusdam vero interiectis ait: die dritte Vormundschaft kommt durch eine Herrschaft. Denn der Lehenberr ist seines unmündigen Lehenmanns Vormunder. Also bleibt auch der Herr der Handledigen Vormunde. Clare ille ac luculenter his verbis nos docet, in iuribus legitimam tutelam cum necessitudine quadam sanguinis haud necessario esse coniunctam ideoque et accidere posse, ut extranei tutores sint. Quando cum his coniungimus, leges Germanorum onus tutelæ ei impositum velle, qui hereditatis commodo fruia-

^{y)} de tutela illustrum; cap. IIII, §. 4. ^{z)} ad libr. I. specul. Saxon. art. XXIII.
 p. 157. p. 63.

fruatur, necessarium esse videmus, vt leges extraneos quoque onerent tutela legitima. Quum enim hereditas Germanicis in iuribus iis alio quando obuenit, qui nullo propinquitatis vinculo cum pupillis sunt couiuncti: sponte ex eo sequitur, vt tacite simul iisdem leges tutelam committant. Verustum quidem legum Lubecensium exemplum, quod *iustitia Lubecensis* vocatur, dicit a): *nullus hospes; vel extraneus potest esse mundibardius puerorum alicuius ciuis; nemo tamen ex eo, extraneum non potuisse esse legitimum tutorem Lubeca*, concludet. Ex tota verborum structura atque in primis ex vocula, quæ præmissa est, *hospes*, liquet, aliam ibi notionem voci: *extraneus*, subiici; neque eam significare ibi hominem, qui cum altero sanguine haud iunctus est; sed peregrinum potius; nec iure ciuitatis fruentem b)). Si quis aliquando foret, qui in patria legitimum tutorem extraneum saepenumero esse, negaret; æque minus ad legem hanc Lubecensem provocare ei licitum erit; ac si opinioni probabilitatem conciliare vellat per decretum illud, in Saxonis comitiis superiori seculo latum, cuius iam supra mentionem fecimus. Legimus in illo hæc verba c): *zum achten, wosfern auch die Blutsverwandten, welche sich des commodi successionis zu getrœßen, zur Administration tüchtig und keine solche Excusationes, so die Rechte vor genugsam halten, vorzuschützen, sollen dieselben die Vormundschaft auf sich zu nehmen angehalten vnd andere extraneæ personæ damit nicht beschworet werden.* Quum ibi, eam ob rem propinquos onus tutelæ fuscipere debere, lex dicit, propterea quod commodum habeant hereditatis: necessario quoque simul illos extraneos onerandos iudicat, qui eodem commodo fruuntur, nosque clare docet, se per *extraneas personas* neque eos, qui sanguinis; neque, qui alia necessitudine sunt iuncti, qua quis successionis ius nanciscitur, intelligere. Quæ omnia huic rei haud repugnant:

ca

a) loc. citato.

b) clare id quoque ostendunt verba recentioris juris Lubecensis, libr. I. tit. VIII. art. 2. es sollte kein Fremder, so dieser Stadt Bürger nicht ist, zu unmündiger Kinder Vormundschaft gelassen

werden: confer DAN. MEVIVM, commentator, in ius Lubecense, loc. citat.

p. 214.

c) Resolut. grauaminum ann. 110 100X. tit. Inſtitut. Sachen, §. 8. in corpore Saxon. nouo, p. 319.

ea potius, quæ exposuimus, satis luculentē monstrant, extraneos legitimos tutores posse esse: immo, necesse esse, docent, ut extranei tutelam gerant, si iis obueniat lege hereditas. Quamobrem proprius nos ad eos conuertimus. Consideramus iam, quinam sint illi extranei, quos onus tutelæ legitimæ, in ista propinquorum, perferre oportet; vel inquam oportuit. Primum in illis eis locum adsignamus, qui roti Germaniæ; vel plerisque illius prouinciis sunt communes, et tum de iis loquamur, quibus singula statuta onus hoc imponunt.

§. V.

ORATIONEM ordiamur a legitima *dominorum*, vti a doctoribus vocantur, *directorū d*) tutela, in qua clientes illorum fiduciarii sunt positi. Quum quilibet legitima tutela, ut supra iam animaduerti, in lege fundata esse debet: requirit etiam illa legem, quam primum explorare, eo magis necesse est; quo magis a multis locis, quem domino inter legitimos tutores Germanorum adsignamus, controuersus adhuc redditur ac dubius. Nonnulli eam tutelam in cerebro solo doctorum natam esse dicunt; alii vero in legibus Romanorum fundatam purant; sed utrique per id locum, quem tenet dominus, impugnant. In priorem sententiam discedit HENRIC. COCCIVS e). Quum tres solummodo tutelæ species, testamentariam, legitimam ac datiuam, statuit arque exploratum habet, neque

ad

d) de tutela domini directi iam exposuerunt; plerumque tamen breuiter: MATTH. WESENBECKVS, *responsorum part. I. consil. XXXV.*, p. 561. CHRIST. ZOBELIUS, *nor. ad Speculum Saxonie, libr. II. tit. LVIII.*, p. 281. HENRIC. SPELMANNVS, *glossario archaeologico*, p. 159. HENRIC. A ROSENTHAL, *loc. excitato*: LVDOLPH. SCHRADERVS, *loc. memorato*: IO. SCHILTERVS, *in codice iuris Alemanniæ*, p. 244. CASP. HENRIC. HORNIUS, *iurisprud. feudalium, cap. VI. §. XIII.*, p. 134. IO. PETRVS

DE LVDEWIG, *opusculis miscellis*, tom. II, opusc. VI. differ. II. p. 1217. et in der Erleuterung der guldernen Bulle, tom. I. p. 719. IO. GOTTL. HEINECIVS, *elementis iur. german.* tom. I. p. 285. GOTTFR. REVISIVS, *loc. excitat*, illufr. IO. AVG. HELLFELDIUS, *iurisprud. heroica*, part. V. cap. 6. p. 598. et IO. FRID. GVL. DE NEVMANN, *de tutela et patria potestate illustrium*, libr. I. tit. VI. p. 279.
e) de tutelis illustrium, *sect. III.* p. 41.

ad testamentarios; neque ad datiuos tutores referendum esse dominum directum, remouendum eum etiam censet ex legitimorum numero, propterea quod non ex iure successionis; sed dominii feudum ad dominum perueniret. Illum ex tutorum censu penitus excludere mauult; quam plures tutorum species easque statuere, qua in iure Romano sunt ignota. Eius sententia multos fautores haud inuenir, quamvis CHRIST. ZOBELIVM f) idem putasse, LVDOLPH. SCHRADERVS g) adfimeret; plures vero ex iure Romano tutelam domini directi deriuant et huius originem ex tutela petendam esse putant, quam Romani patrono adsignabant. Quum ante quinquaginta fere annorum spatiū nemo adhuc paullo emunctioris naris existere, qui patris mores a peregrinis fecernendos putasset; neque id in honoris loco posuisset, quod omnia ex iure Romano deducere: non potuit fieri; quin, reperientes in patriis moribus tutelam, domino directo tributam, confilia caperent, quemadmodum eam ex iure Romano deducerent ideoque tutelam patroni eligerent, quacum illam compararent. Sentiunt ita GEORG. SCHVLZIUS h), IOAN. FABER i), LVDOLPH. SCHRADERVS k), IOACH. HOPPIVS l): immo iis, quod maxime miror, adnumerare me oportet IOAN. VOETIVM m). Putat hic, iurisconsultos ex patronorum tutela eam, quae domino directo adsignatur, formasse et vel minime, quod de patronis hac in re sanciunt leges, ad dominos extendisse. Si sententia illa firma existeret ac certa: locum quidem tueri posset dominus directus inter tutores eosque legitimos extraneos; eum tamen haud

f) commentar. ad speculum Saxonicum, libr. II. art. LVIII. p. 281.

g) tractat. feudal. cap. XII. num. 37. ZOBELIVS quidem adfirmsit, hodie vasallos minores habere tutores, qui horum nomine dominis directis seruant et ideo vsumfructum feudi habeant; loquitur tamen solummodo de hodierna etate. Antea bene monuit, iure feudali cautum esse, vt, qui militare

stipendium haud mereri possunt, eos tamdiu in tutela domini directi restare oporteat.

h) not. ad instit. libr. I. tit. XVI.

i) not. ad instit. loc. citat.

k) tractat. feudal. loc. cit. p. 522.

l) comment. ad institut. p. 157.

m) comment. ad pandect. part. IV. p. 189.

haud retineret, quem ei tribuo, quum illum inter eos extraneos refero, quibus prouinciam hanc iura Germanica commisferunt. Per-
tinuisse sane ad priorem sectionem eiusue mentio facienda fuisset
inter eos, quos Romanæ leges tutores legitimos declarant. Verum-
enim quoquemadmodum argumentum, quo **coccivs** vtitur, in-
firmum est, vt infra clarius elucebit; sic nulla quoque ratione Ger-
manorum tutela ex Romanis legibus deriuari potest. Illa prius fuit
iis visitata; quam leges Romanæ in eorum oras transmigrarunt ⁿ⁾. Fundatam potius memoratam tutelam in Germanorum legibus vide-
mus eamque merito illis adnumeramus; quæ ex istis originem tra-
hant. Omnibus fere prouinciis Germanie, in quibus feuda visitata
erant, communis illa exstitit. Quod ad Saxonicum ius perrinet,
illud hac de re variis in locis mentionem facit. In iure quidem
prouinciali Saxonico non tam expresse ac aperte litteris quid con-
signatum est; attamen testimonium de ea re illud exhibet, quum de
vlufrucu domini, quem effectum esse tutelæ, infra copiosius monstrandi
locus erit, hæc quidem dicit o): *dis rede ich darum, dann arbeitet ein
Herr; oder ein Mann von seinem Garten; oder Baumgarten; oder
Weingarten, die zu dem Lehn gehören; und beschicket sie bis auf St.
Urbanstag und hat sich dann das Kind noch nicht beiabret, so nimt der
Lebenberr die Frucht herab. Hat auch der Lebenberr lassen führen des
Kindes Landt, ehe es sich beiabhet, er behält die Saat mit Recht.*
Enodatius rem explicat eius interpres, dum tres legitimas tutelas iure
Saxonico esse statuit: *tertia locum domini directi tutelæ assignat*
hincque dicit p): *die dritte Vormundschaft kommt durch eine Herr-
schaft. Denn der Lebenberr ist seines unniindigen Lebensmanns Vor-
munder, atque idem facit ius feudale Saxonicum, cuius verba hæc
funt q): Der herre ist iemer des Kindes Vormunde an deme Gute, daz
ez Kint von ihm hat, diewile erz angeuelle vnuerlichen hat vnd sal das
Geld des Gutes nehmen, biz daz Kind zu sinen laren komme.* Omnia
hæc

ⁿ⁾ evolus IO. PETRVM DE LVDE- art. XXIII. p. 63.
WIG, opusculis miscellaniis tom. II. opusc. VI.

diff. 2. p. 1217.

^{o)} libr. II. spec. art. LVIII.

^{p)} gloss. ad libr. I. speculi Saxonici,

^{q)} Sächsisch Lebenrecht, cap. XXXXVI,
in corp. iuris feudalis perillustr. SEN-
KENBERGII, p. 190.

hæc effata amplissima nobis præbent testimonia, Saxones dominis directis clientum illorum fiduciariorum impuberum tutelam demandasse; neque vero solum iure Saxonico; sed etiam in aliorum populorum moribus posita erat ista tutela. Ius feudale Alemannicum hac de re hæc scribit r): *und sprichet man das Kint anc umbe dasselbe Gut, so soll der obere Herre das Kint versprechen, und sol sin Vormund sin: wyl es der Herro nütz tun vnd an den Oberherren vordern vnd sol Ime von rechte Tage geben fur sine Man und ime do angewinnen mit rechte, das er das Kint verspreche an sinen Leben;* præsertim vero memoratu digna est sententia apud perillustrem liberum Baronem, HENRIC. CHRIST. SENKENBERGIVM s), quæ a Friderico secundo, imperatore, est lata. Loquuntur quidem ha litteræ tantum de duce Brabantiae; non solum tamen illas tamquam testimoniū producimus, eo tempore tutelam directi domini in vsu fuisse positam; verum etiam verba plane declarant, quum istam duci non quasi prærogatiuam dedit Fridericus, sponte ex eo sequi, vt per eas et ceteri domini directi tutores sint nominati. Ita enim FRIDERICVS: vniuersis, ad quos præsens littera peruenierit, notum facimus, quod nobis existentibus apud Francfurt, in præsencia nostra talis fuit lata sententia pro dilecto nostro principe H. duce Brabantiae et a principibus adprobata, quod de vniuersis bonis, que de ducatu suo mouentur, omnium heredum mortuis parentibus de iure tutor habeatur. Simile testimonium hac de re exhibent litteræ illæ publica Bolkonis Monsterbergenfis, quas iuris publici fecit IO. PETRVS DE LVDEVIG t). Offert in illis regi Bohemiæ tamquam feudum ducatum suum terrasue ceteras, quæ eius propriæ erant, quumque hanc in rem, quid a rege pariter ac eo ipso in posterum sit obseruandum, describit, ad tutelam heredum suorum quoque peruenit, qui vasalli iam erant regum Bohemorum, si contingere, vt impuberes in feudum hoc succederent: si autem liberos legitimos relinquere nos continget, infeudales regni Boemie perpetuis esse temporibus censemebuntur, quibus, legitimam etatem non habentibus, præfatus dominus rex

K 2

r) *Alemannisches Lehn-Recht*, cap. LIII.
g. 3. in codem corpore, p. 53.

s) corp. iuris feudalis, p. 547.

t) reliquis manuscriptorum, tom. v.
p. 553.

rex Boemie eorum tutor erit legitimus et curator. Et quid priuilegium, quo a Carolo quarto dominis directis Treuirenibus tutela paruulorum ann. CIO CCC LXXIII, est concessa, quodue IO. LIMNAEVS v) et IO. CHRIST. LVNIGIVS x) exhibent, aliud docet; quam dominorum tutelam, in qua clientes impuberes erant positi, maxime olim in vnu fuisse positum? Quum alii de eo iamiam exposuerunt, ad illos tantum prouocare liceat; neque quid eamdem ob rem adiicio de legibus Francorum, Anglorum, Normannorum et Scotorum. In omnium horum populorum instituto moribusque fuit positum, ut domini directi tutelam vasallorum suorum susciperent. Quamuis mirari quis posset, cur ad eorum leges prouocem, quum de tutoribus, quæ Germanicis iuribus sint constituti, sermo est; iure tamen me id facere posse, statim perspiciet, qui reputat, quam areto vinculo gentes illæ cum finitimis suis, Germanis, fuerint coniunctæ: earum leges, quum maiores illarum Germani fuerint et ex patria in has prouincias migrauerint, Germanorum mores complexas fuisse ideoque maximam inter eorum patriaque instituta exstissæ conuenientiam. Quæ quum omnes leges dominis tutelam vasallorum demandant, quemadmodum copiosius atque vberius HENRIC. SPELMANNVS y), IOAN. SKENAEVS z), THOM. CRAGIVS a), CAR. DV FRESNE b), LVDOLPH. SCHRADERVS c), HENRIC. A. ROSENTHAL d), RENATVS CHOPPINVS e), IO. PETRVS DE LVDEWIG f), IO. GOTTLIEB. HEINECIVS g), excell-

10.

v) tom. I. iuris publici, libr. III. cap. 5.

x) Reichsarchiv, part. special. conti-
nuat. I. p. 55. Plura de eo tradunt. IO.
KYRIANDER, annal. Treuirenibus,
p. 195. auctor des Europæischen Heroldis,
tom. I. pag. 208. BVRCARD. GOTTH.
STRUVIVS, iurisprud. heroiæ, part. V.
p. 598. et IO. GOTTL. HEINECIVS
de supra principum magistratumque
tutela, tom. II. operum, syllog. I. exer-
citur. XX. p. 724.

y) glossario archaeologico, p. 159.

z) regia maiestate Scotiæ, libr. II.

cap. 41. sq.

a) de feudis Angliae, libr. II. dieg. XX.
p. 286.b) glossar. med. et insimæ latinitatis,
tom. IIII. p. 624.

c) tractat. feudal. part. X. §. 72. p. 521.

d) de feudis, tom. II. cap. XII. con-
clus. X. num. 29.

e) libr. II. de moribus Paris. rit. VII.

f) opusculis miscellis, tom. II. opusc. VI.
different. 2. p. 217 et in der Erleuterung
der guldernen Bulle, tom. I. p. 719.

g) element. iuris germ. tom. I. p. 285.

10. AVG. HELLFELDIVS^{b)}, 10. FRID. GVIL. DE NEVMANNⁱ⁾ aliique docent: amplissimum iterum nobis præbent testimonium, tutelam memoratam omnibus Germaniaæ prouinciis extitisse communem; neque solum Saxonum propriam; verum etiam ceteris populis haud ignotam. Sicuti vero tutores erant domini directi; ita eos *tutores quoque legitimos* statuimus. Quodsi quidem reproto, me, vt tutelam corum probarem, ad duas litteras publicas prouocasse, quæ minime pro legibus sunt putandæ; præter illas vero ad duo illa specula lectorem ablegasse, quæ, priuato consilio collecta, nullo tempore legis virtutem nacta esse, cum primis 10. PETRVS DE LVDEWIG^{k)} et STEPHAN. CHRIST. HARPRECHT DE HARPRECHTSTEIN^{l)} docent: summo hac in re iure experiri posse non videtur dominus directus; merito tamen quilibet ei inter legitimos tutores locum adsignabit, si quis paullo curatius rem considerat. Evidem non infitior, vtrumque ius feudale, Saxonum pariter ac Alemannicum inter scriptas, id est, expressas riteque promulgatas, leges haud referendum esse. De priori scimus, EYKIVM AB REPGOV illud composuisse; eorum vero opinio haud firma est, qui posterioris conditorem Ottonem IIII. statuunt, vt pluribus verbis HENRIC. CHRIST. SENKENBERGIVS^{m)} et 10. ADAM. KOPPIVSⁿ⁾ ostendunt. Eam tamen fidem, quam alioquin scriptoribus historicis in rebus, quæ in ætatem eorum inciderunt, habemus, haud denegare possumus his iuribus. His quum accedit, quod supra memoratae litteræ Friderici secundi et Bolkonis, Silesiorum ducis, testimonium exhibent, tutelam directi domini in vsu fuisse: nemo sane existet, qui vel id quoque negaret, illam in consuetudine fundamentum habere. Hanc etiam ad leges referendam esse atque

K 3

id,

^{b)} iurisprudentia Struniana heroicæ, pars. v. cap. vi. §. 13, p. 602.

ⁱ⁾ de tutela ex patria potestate illustri-
um, libr. I, tit. vi. p. 279.

^{k)} in der Erläuterung der guldene[n]
Bulle, tom. II, p. 1501.

^{l)} de nonius speculi Suevici, qui libellus anno huius seculi XXII. lucem adpexit.

^{m)} prefatione corpori iuris feudalis præmissa, p. 24. sqq.

ⁿ⁾ hist. iuris, part. IIII, period. IIII,
p. 169.

id, quod ex ista descendit, *legitimum* vocandum, supra vberius monstravi: quo posito, non potuit fieri; quin dominus eos inter tutores locum teneat, quos *legitimorum* cognomen ab aliis distinguit. Sed non satis est, solummodo iure nomen *tutoris legitimis* sortiri dominum directum: illud etiam ab antiquissimis temporibus dominum sortitum esse, adfirmare possumus. Quia de re clarum nobis suppeditat indicium interpres EYKII AB REPGOV o). Triplices esse tutores legitimos, die rechten Vormunden, statuit quumque in illorum numero locum tertium domino directo adsignat, iam aperte, se eumdem legitimum tutorem putare, significat. Planius et apertius rem adhuc indicat sententia, quam supra memorauimus, FRIDERICI II. q). In illa ducem Brabantiae in viuensis bonis, quæ de ducatu mouentur, omnium heredum de iure tutorem habendum esse dicit: immo Silesiorum princeps, BOLKO, promittit r), regem Bohemiæ heredum suorum legitimorum *legitimum tutorem et curatorum* fore, ideoque domino directo ipsum nomen *legitimorum tutorum* imponit.

§. VI.

Qvo tempore primordia tutelæ domini directi sint querenda, clare scriptores haud designant; ii tamen nihilominus argumenta suppeditant, ex quibus concludere nobis licet, quamdui domino directo onus hoc leges haud imposuerint, et simul discere, ex quanam ætate origo eius explorari debeat. Quum vasallii impuberes prius haud cogniti esse possent Germanis; quam liberis permisum esset, succedere in feudum patris, quilibet perspiciet, deum eiusmodi impuberes cogitari posse, postquam successionem clientelarem leges concederint. Quamdui vero nihil de impuberibus vasallis sciebant Germani, tutelam eorum necessario ignorabant, quippe isto tempore nemo sane in vasallorum ordinem adoptabatur, qui ipse se tueri, ac, quæ illius sunt officia, præstare haud posset. Si iam aberremus paullo ab

o) libr. I, specul. Saxon. art. XXIII, p. 63.
r) apud LVDEWIGIVM, reliquis manuscriptorum, tom. V. p. 558.
q) corp. iur. feudal. p. 547.

ab oratione et digrediamur in historiam iuris feudalis vicissitudinum, inueniemus quidem iam post tempora, in quibus Carolingorum stirps ad gubernacula imperii Romani sedebat, quosdam, qui tam felices exstiterunt, vt ad eos feuda paterna hereditario quasi iure peruenient; ab eadem tamen aetate minime iam tutelam domini directi primordia cepisse, statuere possumus. Qui primum eiusmodi accipiebant bona, haud iure quodam ea nacti sunt; sed per id singularis clementiae ac mansuetudinis documentum eis exhibebatur, quemadmodum ita Ludouicum, *pii nomine distinctum, fecisse, refert THEGANVS s.*) Quam ob rem quam nec potuit fieri; quin multi: immo plerique, qui humanitate ista digni haud sunt reputati, successione carerent, vt eleganter docet *BVR CARD. GOTTH. STRVVIYs t.*): facile ex eo cognoscimus, non potuisse tunc legislatores iam de multis vasallis impuberibus loqui. Non opus fuisset itaque, vt iam de tutoribus, illis constitutis praeficiendisque, cogitarent; sed istud demum, Conrado II. regnante, factum est. Qui quidem prohibuit, quo minus quis successione in feuda paterna priuaretur, vti pluribus verbis *ANT. DADIN. ALTESERRA v), CHRIST. THOMASIVS x), BVRG. GOTTH. STRVVIYs y) et HENRIC. CHRIST. SENKENBERGIYs z)* docent. Postquam ista lex a Conrado secundo rogata erat, facilius euenire potuit, vt, quum eiusmodi clientum filii, impuberes adhuc, patrem amitterent, dominus in vasallorum numerum eos, qui nondum adoleuerant, recuperet hique tutoe indigerent. Istud discimus ex annualium monumentis; num vero statim dominus onus hoc suscepit; an alias, ex illis haud liquet: attamen maxime probabile est, eodem tempore, quo successio, tutelam quoque directi domini esse ortam. Ex Saxonico quidem pariter ac Suevico iure feudal iurisprud. colligere id nequaquam possumus, propterea quod memorent hanec tutelam: maiorem similitudinem veri consequitur haec sententia ex vetere auctore libelli *de beneficiis*.

Sci-

s) de gestis Ludouici *pii*, cap. xviii.

t) iurisprud. feudal, cap. viii. §. 206.
P. 199.

v) de feudis *Galliae*, cap. 2.

x) com. de libri *de beneficiis vetere*

auctore, cap. xxv:ii, sqq.

y) hist. iuris, cap. viii. §. 9. p. 698.

z) silex. iuris et historiarum, tom. iii.

p. 293.

Scientiam huius domini muneris ille habere videtur, quum usus fructus illius in feudo mentionem facit, quem ob tutelam ei adsignatum esse, infra docebo. *Puerorum*, inquit a), *beneficiales redditus habebit dominus, quoisque illi ad duodecim annos perueniant.* Quum de illa re loquitur, amplissimum præbet testimonium, ab eodem tempore dominum directum oneratum esse tutela, quo successio filiis concessa. In undecimum enim seculum; vel duodecimi initium incidere scriptoris huius ætatem, nemo ignorat, qui ea, quæ hac de re MARQVARD. FREHERVS b), CHRIST. THOMASIYS c), IO. GOTTER. SCHAVMBVRGIYS d) aliquie monstrant, legit.

§. VII.

Si quis, quæ tutorum Germanicorum sit ratio atque indeoles, non penitus ignorat e), minime admodum mirabitur, si iam progredimur et considerantes, quemadmodum tutela domini directo sit comparata, dominum directum non in cura educationis pupilli; sed administratione feudi occupatum solummodo videmus. Quodsi quidem IO. PETRVS DE LVDEWIG f), eo consilio domino directo vasallorum impuberum tutelam commissam esse, putat, ut eo liberius eum in sui virilitatem educet atque eo magis ad officia exsequenda habilem atque idoneum reddat, summus iste iurisconsultus, educationem cum tutela hac confociatam esse, statuere videtur; attamen præstant leges amplissima indicia, domino istam minime curæ corrique fuisse. Quum illæ de hac tutela differunt, eamque domino directo

a) iure feudali Saxonico, §. LXVII.
in corp. iuris feudalis perillustr. SENKENBERGII, p. 164.

b) comment. ad constit. Caroli Craffii,
cui quoque aliorum doctorum senten-
tias adiicias, enarratas ab HENRIC.
CHRIST. L. B. DE SENKENBERG,
prefat. corp. iuris feudalis, p. 21.

c) de libri veteris de beneficiis auctore,
fato, verustate, §. XLIII.

d) program. de auctoris veteris de bene-

ficiis verustate ann. Rintelii, et 10ccxxxv.
edita.

e) conferas: IO. PETRVM DE LVDE-
WIG, opusculis miscellis, tom. II. opusc. V.
p. 124s. IO. GOTTL. HEINECCIVM,
element. iur. germanici, tom. I. p. 274.
Num Romani quoque tutores rei ha-
buerint, disquirit GERH. NOOTIVS;
libr. I. probat. iuris ciuilis, cap. 2. tom. I.
operum, p. 5.

f) opusculis miscellis, tom. I. libr. II.
op. 3. §. 12. p. 837.

directo adsignant, omnes fere mentionem simul faciunt aliorum tutorum et iis eiusmodi officia imponunt, vt hi potius pupillos educare videantur. Qui antiquum istum de *beneficiis* librum composuit g), *reditus beneficiales*, vt illos vocat, pueri domino adsignat et, vti supra animaduerti, per id nostram tutelam intelligit; nihilominus vero, quibusdam tantum verbis interiectis h), de alio tute, quem *mundibardum* vocat, loquitur et, si dominus credere nolle, puerum duodecim annos egressum esse, illum hoc affirmare debere ait. Clare his verbis testatur, istum *mundibardum* ipsius personæ pupilli curam habere. Alio loco i) affirmat, *tutorem pupilli pro eo secundum beneficiale ius beneficia a domino petere debere*, et hinc palam a domino directo tuteorem separat. Conuenit cum illo haec in re ius prouinciale Saxonum, quod, etiamsi antea dominum tuteorem appellauerit; aliis tamen etiam mentionem facit, his verbis k): *ab der Herre ouch nicht getruwen will, daz ez Kint zu sinen Laren commen si daz muz geweren ussen heiligen daz Kint, oder sin rechte Vormunde, oder ein des herren man unt sint ent muz der Herre uz dez Kinter Gut nic chein Geld nehmen.* Postea tuteorem ducere debere pupillum ad dominum et ab hoc pro illo bona petere, idem ius dicit atque eamdem rem quoque ostendit ius prouinciale Suevicum. Illud dominum vasalli tuteorem esse affirmat et pergit l): *wyl es der Herre nüt tun, so fol der Vormund es tun und an den Oberherren vordern und sol ime von rechte Tage geben fur sine Man und ime do angewiinen mit rechte, das er das Kint ver spreche an sinen Lehen.* Ex quo vti luculentus pater, dominum directum minime omnibus officiis, quæ a iure Romano tutoribus imponuntur, functum esse, quam plures tutores haberet vasallus et, vt eorum cuiilibet partes quaedam committerentur, necesse esset; sic, educationem domino haud fuisse mandatam, ex tuteæ descriptione discimus, quam nobis exhibet ius feudalë Suevorum.

Ante-

g) loc. citar.

h) libr. de *beneficiis*, §. LXVII. corp. iur. feudal. p. 164.

i) loco memor. §. LXXI. p. 165.

k) Sachsisch Lebetherrecht, art. XXVIIII.

P. 190.

l) Schwabisches Lebenrechte, art. LIII.

P. 53.

L

Antea, dominum tutorem esse vasalli, dicit ^{m)} et tum exprimit illius munus ita: *das er das Kint verspreche an seinen Leben.* Vtitur voce: *versprechen*, quumque illa, si natuam ac germanam illius rationem cum ^{io.} GEORGIO WACHTERO ⁿ⁾ intuemur, *fursprechen*, *fürsprechen* defendere, tueri, significat, clare eadem ostendit, prouidere debere dominum directum solummodo, ne detrimenti quid capiat feudum pupillare. Tandem eamdem rem videmus, quum semper, vbi tutelæ huius mentio fit, eum tutorem in feudo esse, adiicitur. Iam non sine ratione auctor verus libri *de beneficiis* ^{o)} dominum directum habere non redditus puerorum; sed *beneficiales redditus*, dicit. SAXO scribit ^{p)}: *der herre ist iemer des Kintes Vormunde an deme Gute, daz ez Kint von ihm hat; SVEVVS vero ait q): und spricht man ane das Kint umbe dasselbe Gut, so sol der Obere Herre das Kint versprechen und sol sein Vormund sein, et in decreto, quod pro duce Brabantæ factum est, ait FREDERICVS II. augustas r): quod de vniuersis bonis, quæ de ducatu suo mouentur, omnium heredum mortuis parentibus de iure tutor habeatur.* Que si iam animo menteque complecramur: eo minus mirum est, quid sit, quod idem perspexerit iam interpres *speculi Saxonici* ^{s)}, tutelamque domini directi non in educatione; sed feudi administratione confistere adfirmauerit. Ita enim dicit: *Wiß, daß der Herren Vormundschaft ist eine Verwaltung des Ritterfordes oder Lebengutes, so lang das Kind jung und unmündig ist. Merck auch hic, daß die Herrn sich desselben mit Recht gebrauchen mögen. Dann das Rechte hat solches also geordnet.* Colligunt ex eo quoque merito ac iure ^{io.} WESENBECKVS ^{t)}, LVDOLPH. SCHRADERVS ^{v)} ac CASP. HENRIC. HORNIUS ^{x)}, pupillum, quando plura feuda, diuersis dominis directis subiecta, simul possideat, tot tutors; quot feuda habere; eo mi-

^{m)} loc. memorat.

ⁿ⁾ glossario germanico, tom. I. p. 507.

^{o)} *de beneficiis*, §. LXVII p. 64.

^{p)} arric. LXVIII. p. 190.

^{q)} art. LIII. p. 53.

^{r)} in diplomate, a SENKENBER-

^{s)} corp. iuris feudalis edito, p. 547.

^{t)} not. ad *Specul. Saxonicum*, libr. II.

^{v)} LXXXI. p. 292.

^{x)} libr. I. constit. XXXXI. num. 52.

^{y)} *iurisprudentia feudalii*, cap. VI. §. XIII. p. 134.

^{z)} *de feudis*, cap. XII. §. 78. p. 527.

minus vero probanda est sententia *HENRIC. COCCETI* ^{y)}, qui, hanc tutelam ita comparatam esse posse, negat. Quum tutela in custodia administrationeque sola feudi consideret: facile ex eo rationem diuinare possumus, cur ista imponereetur domino directo. Reddere quidem cauam huius rei studet, vt supra memorauit, *IO. PETRVS DE LVEWIG* ^{z)}, quum factum id esse, putat, vt eo melius educetur pupillus; eam tamen non satis firmam esse, iam ex eo adpareret, quod educatio cum tutela hand fuit coniuncta. Ex eodem fundamento potius discimus, referri illam tutelam in earum numerum, quae ob successionis commodum deferuntur. Illud quidem locum habere in domino, haud sibi persuadere posset *HENRIC. COCCIEVS* ^{a)}, quum hereditario minime; sed dominii iure dominus eiusmodi bona occupet. Verumtamen, si reputamus, veteres etiam statuisse condominium inter consanguineos eosque nihilominus hereditario iure bona sibi adquisuisse ^{b)}: consentimus cum *SAM. STRYKIO* ^{c)} et *GOTTFR. REVSI* ^{d)}, quando legem vtri propinquum; ita quoque directum dominum tutorem ob commendum successionis constituere, adfirmant. Ita comparata erat tutela domini directi: ceterum quedam erant cum aliis Germanicis tutoribus ei communia; alia vero eius tantummodo propria. Quod ad illa pertinet, nemini paullo liberalioris ingenii ignotum erit, Germanos olim tutelam a legitimis tutoribus gratis administrari non passos esse; sed iis potius vsumfructum bonorum pupillarum pro labore atque opera adsignasse, vt ex speculo Saxonico ^{e)}, Weichbil-

L 2

do

^{y)} de *tutelis illustrium*, sect. *IV*,
¶. 41.
^{z)} *loc. citato.*
^{a)} *memorat. loc.*
^{b)} luculenter quoque id ipsum vocabulum. *Erbe*, per quod heredes denotare solent nostrarates, demonstrat. Propriam enim vim illius eam esse, vt *condominium* significet, docte ostendunt: *FRID. ESALAS FEFENDORFIVS* de *tutela*

fructuaria, §. 2. quam *commentationem* primum edidit *illustris* *IO. GEORG. ESTOR*, in *den auserlesenen kleinen Schriften*, vol. *II*, part. *XI*, p. 417. et *GOTTFR. REVSI*, *fundament. tutelar. legitimorum*, p. 38.
^{c)} de *tutela principum materna*, cap. *I*, §. 23., p. 23.
^{d)} *loc. excitato.*
^{e)} *libr. I. artie. XXIII. p. 69.*

do f), statutis Bremensibus g) multisque aliis patet, quæ erudite ac solide explicant: HENRIC. GIESEBERTVS h), IO. PETRVS DE LVDEWIG i), CAR. GVIL. DE GAERTNER k) et illustres viri, IO. RVDOLPH. ENGAVIVS l) et IO. AVG. HELLFELDVS m). Eumdem vsumfructum, quum tutor esset vasalli impuberis, habebat dominus directus; quoniam vero illius tutela feudi terminis circumscripta erat, accipiebat tantum, quæ ex illo proueniebant. Ius videlicet feudale Sueorum n) solum ait: *ain teglich herr anuellt ain Kint vol darf nicht tze finen lären kommen*; auctor verus de *beneficiis libelli dicit o)*: *puerorum beneficiales redditus habebit dominus, quounque illi ad duodecim annos perueniant*. Confirmat id etiam ius feudale Saxonicum r): *der berre ist iemer des Kindes Vormunde an deme gute, daz ez Kint vonime hat und sal das Geld des Gutes nekmen*, viz. daz. Kind zu finen Jahren komme; ius vero prouinciale p) testimonium exhibet, dominum agros coluisse: lignatum esse silvas gramenque falcasse. Ea in re conueniebat cum ceteris legitimis Germanorum tutelis ea, quæ directo domino committebatur; singularia tamen etiam quædam in eadem sunt, quæ differentiam faciunt inter hanc atque alias. Discrepat illa ab aliis. l) in eo, quod alioquin, quos lex tutores nominat, ii) necessitate, munus hoc fuscipiendi, sint adstricti: contra tutela domini directi haud necessaria, vt cum doctoribus loquar; sed voluntaria potius sit, ita, vt si veller, dominus partes has susciperet; si nollet, ad arbitrii-

f) artic. XXXXVII. p. 149.

g) statut. xv. in adpendice, adiecto
PFFEENDORFI observationibus iuris
vniuersit., tom. II. p. 40.

b) pericul. statutor. secundo, cap. XI.
num. 322, p. 114.

i) tom. II, opuscul. miscellor. opuscul. III.
p. 120.

k) not. ad legem Saxonum, tit. XII.
leg. 4.

l) element. iur. Germanici, libr. I, tit.
XXVI. p. 248.

m) iurisprud. heroic. Strunianus, part.
VI. cap. 6. p. 598.

n) artic. C VI. p. 86.

o) loco citato.

p) artic. XXVIII. p. 190.

q) libr. II. tit. LVIII. p. 291. Plura de
hoc vsumfructu exponunt SCHILTERVS,
not. ad ius feudale Alemannicum, p. 275.
IUSTVS HENNING. BOEHMERVS,
dis. I. de natura atque indeole expecta-
tiue et in primis illustris ac celeberrimi-
mus preses, CHRIST. GOTTL. BVDE-
RVS, patronus meus omni reveren-
tia colendus, amoenitatis. iur. fentalis,
p. 139.

trium aliis vasallis id committeret, quibus vsumfructum, *Angefelle* dictum, cedebat. Ius feudale Alemannicum r) ait: *ein Anuelle ist mit Lebenrebtz und stirbet ain Mann und laut Kint hinter ihm, diu nit ze iren iaren komen sint, der herr liebet ainem andern sin anuelle ob ez nit Vormundez hat, der dez herren man ist: in alio legimus s): Herr hatten ir auch verlichen ein Geding, das ist angeuelle vnd zween ewerer Männer krigten darumb und ein getzlicher Jagte, ir hetten das im ge- liehen und spricht des Klägers Fursprech.* Alia effata vero clarius adhuc atque planius docent, in arbitrio solius domini directi positum esse, nam ipse tutelam suscipiat; an aliis munus hoc committat. SVEVVS t) hæc profert: *Ancuelle ist mit Lehenrechts; doch stirbet ein Mann und lot Kinder hinter ihm, die vnder iren yoren sint: der Herre liebet eine andern das anuelle, ob es mit Vormundes hett der des Herren Man sye;* SAXO v) vero dominum directum in feudo tutorem esse, dicit, si eam prouinciam in alium non transtulisset: *an dem gute, daz ez Kind von ihm hat, divile ez angefelle vneuerlichen hat.* Quum tutela hæc solummodo voluntaria esset: II) non excusationibus ei opus fuit, quum non vellet tutelam suscipere, et eo magis operam perdidit HENRIC. A. ROSENTHAL x), quando copiose, quo in iudicio excusare dominum se oporteat, disquirit et, coram paribus curie faciendum id esse, demonstrare studet. Quemadmodum vero hoc iterum differentiam inter domini directi atque ceteras tutelas constituebat; sic differebat eadem ab aliis: etiam III) in termino, quo finiebatur. Nondum ætate longe prouecti erant, quum habiles ad feudum adprehendendum crederentur vasalli: pubescere illi potius putabantur, postquam tredecim annos ac sex septimanarum spatium compleuerant. Indigent postea ex sententia veriusfiorum iurium haud amplius tutoe hincque tutelæ domini directi eodem spatio finis imponitur. Confer BVRC. GOTTH. STRVVIVM y).

L 3

S. VIII.

r) iur. feud. Alemanno ex mori-
bus Bauaria, cap. XXXII. in corp. iuris
fendal., p. 145.

s) Richtig Leenrecht, cap. XXX. quod
etiam transtulit per ill. SENKENBERG.

in corpus iuris feudal., p. 348.

t) loc. citato.

v) ius feud. Saxon. cap. XXXII.

x) memor. loco.

y) iurisprud. feudal., cap. v. p. 89. sqq.

S. VIII.

QVAMVIS tantus effatorum numerus, in quibus dominorum directorum turele mentio fit, satis testetur, maxime antiquo tempore vstatam fuisse hancce illorum prouinciam; hodierna tamen etate minime frequens est: immo ab consuetudine recessisse videtur. Quum iam a priuis temporibus, in quibus hac tutela inuenta est, voluntaria existeret atque dominis semper permisum esset, ut relinquerent vsum fructum alii vasallis sequi simul liberarent a tutela: sensim ac sensim adsueuerunt, aliis eiusmodi feuda mancipare: immo, ut ab aliis ea distinguerebant, proprium iis nomen adsignare illaque *feuda Guardie* vocare, de quibus copiosius disserunt HENRIC. SPELMANUS^a, illustr. IO. GEORG. ESTOR^a ac EVDGV. CONRAD. SCHROEDERVS^b). Istud erat causa, cur CHRISTIAN. ZOBELIVS^c) de suo iam tempore seribat: *hodie tamen vasalli minores habent tutores, qui horum nomine dominis seruiunt et ideo illi fructus feudi accipiunt inque ipsorum pupillorum usus conuertunt: cui MATTH. WESENBECKIUS^d) idem confirmet: dominus feudi tutor est, a quo tutores alii quasi subdelegando constituantur, qui fructus feudi cogant ac pupillorum nomine servitiae praestent; nostra vero etate iam domini de tutela vasallorum minime solliciti sint et vel maxime tantummodo tutores confirmant; vel poteribus eosdem constituent. Quod quum fiat, non vasallis solum; verum etiam aliis, qui imperio principis subiecti sunt, existentibus impuberibus; vasalli hac in re minime prærogatiuum habent. Quenadmodum alioquin omnium impuberum cura magistribus commissa est; ita in Saxonia hoc videmus sanctum e): mit denen unmundigen und abwesenden Lebengfolgern aber wollen wir, dass es dergestalt, wie es bisher in Ordnung und Vbung gelvesen, gehalten werde,*

^a) glossario archaeologico, p. 269.

^a) diss. num elector secularis imperii

sit in tutela electoris clerici agnati, p. II.

^b) diss. de principe imperii citra testamentum de tutela filii sui disponente, Marburgi ann. 1510 CCCCCXXXVIII. edita.

^c) not. ad libr. II. specul. Saxonici, art. LVIII.

^d) responis, part. I. consil. XXXV. p. 564.

^e) Churfürstl. Lebens- Ordnung, p. 7¹. addc CASP. HENRIC. HORNIUM, *inrisprud. feudalii*, cap. VI, §. XVIII. p. 38.

werde, daß derselben Vormündere, so cheßes möglichst, in Emptern zu bestellen; in aliis vero constitutionibus eadem ratione clientes fiduciarii cum aliis subiectis hac in re consociantur. Supereſſe adhuc aliquo modo domini directi tutela videtur, quum domini adhuc fruuntur iure constituendorum confirmandorumque tutorum. Verumenimvero tutela pupilli educationem et vel minime bonorum illius administrationem complecti debet quumque principes aliam quoque tutelam habent, cuius virtute tutores, eorum vice administratores, constituerest: gestorum rationes ab iis, tamquam vicariis suis, pofcere ac denique parum diligentes in ordinem redigere atque remouere poſſunt, quaeue *suprema* alioquin, ut copiosius 10. GOTTLIEB. HEINECCIVS f) exponit, vocatur: nullam fane dissimilitudinem inter hanc supremam illamque, que hodie domino directo tribuitur, cernimus. Vnam potius eamdemque esse illam statuimus, dominumque, confirmantem; vel conſtituentem vasallorum impuberum tutores, supremæ tutele vi ac potestate vii. Recen- rius exemplum, prouincia tutoris, a domino directo administratæ, inuenire fe, credit 10. FRIDER. GVIL. DE NEVMANN g), in lite, quam, Carolo, principe Mansfeldensi, anno huius seculi xvii. e viuis exempto, Saxonia elector, Fridericus Augustus, Polonorum rex, et dux Magdeburgicus, qui Fridericus Guilielmus, Borussorum rex, erat, viduæ dicti principis de tutela illius filii, terrarum paternarum heredis, inferebant; ex ifto tamen, mea quidem intentia, tutelæ illius ho diurnum vsum minime restatum facere poſſumus. Vterque quidem potentissimus litigans iure domini directi experiebatur; minime tamen ipsam tutelam, educandi nimirum pupillum eiusque bona administrandi facultatem, postulabant; sed, quum Eleonora materna tutelæ confirmationem ab imperatore petiſſet, ius tantum constituendi confirmandique tutorem, quod fe habere, crediderunt, vindicare studebant. Clare in uno scripto, a Polonorum rege pro-

mul-

f) *dis. de suprema principum magistratumque tutela, tom. II. operum, coll. I. exercit. xx. p. 724.*

g) *de tutela et patria potestate principum, libr. I. tit. VI. §. 447. p. 283.*

mulgato b), legimus: *Ihre königl. Maestetet führen ia die Vormundschaft nicht selbst; sondern beordnen und bestätigen nur die Vormünder; eidem vero nec tunc in animo fuisse, ipsam tutelam gerere, ex eo videre nobis licet, quod lo. Georgium de Meusebach, nobilem Saxonem, tutorem declarauerit ii).* Ceterum tutelam domini ab visitata consuetudine recessisse, confirmant etiam CHRIST. ZOBELIUS i), MATTH. WESENBECKUS k), IO. SCHILTERVS l), CASP. HENR. HORNIUS m), IO. PETRVS DE LVDEWIG N), GOTTF. REVISIVS o) ac LVD. CONRAD. SCHROEDERVS p).

§. VIII.

NON multum a legitima domini directi tutela dissidet illa, quam leges *simultanee inuestitis* adsignant, quippe quæ cum ista conuenit, quem non solum eadem ratione in legitimarum extraneorum tutelarum numero locum tenet; sed etiam aliquando iisdem partibus,

b) Gründliche Beantwortung der Schrift, welche unter dem Titul: *Vnumfößliches Vormundschaftsrecht, so von wegen der verwirrten Fürstin, Fr. Eleonoren, Gräfin von Mansfeld publicirirt worden, darinuen I. K. M. in Poblen, als Churf. von Sachsen Befugnis, den Mansfeldischen Pupillen zu bevormunden, behauptet und wider der gegenseitigen vnerheblichen, der unliegbaren Reichskundigen Chur-sachsenischen Landeshoheit und Lebensherrlichkeit eurgegen lauffende Einwendungen vindiciret wird*, Dresdæ, ann. 1500 XVIII, fol. cui addas: *Wohlgegründete Anmerkungen bey dem sogenannten scripto: Onumfößliches Vormundschaftsrecht, ect. wordurch seiner K.M. in Preussen, als H. in Magdeburg Befugnis in der Grafschaft Mansfeld Magdeburgischer Hoheit und Lehnshoheit den Pupillen zu bevormunden, nebst andern hohen Gerechtsamen wider des Concipienten ungegrun-*

dete Vorstellungen vindiciret, daneben auch dessen Viffig deutlich gezeuget wird, Magdeburgi, 1500 CCXVIII, fol. et IACOB. CAROL. SPENERVM, in dis. de dariaua tuelia subusallorum principiū imperii, Hale ann. 1500 CCXVIII, in lucem edita,

ii) patet id ex documentis, libello Saxonico adiectis, docum. xi. p. 6.

i) loco laudato.

k) part. i. responsorum, consil. XXXI. p. 564.

l) prax. iuris Romanii, exercit. III. §. II.

m) iurisprud. feudali, cap. VI. §. 13. p. 133.

n) in der Erleuterung der güldenen Bulle, tom. I. p. 719.

o) loc. citat.

p) dissert. de principe imperii, citr. testamentum de tuelia filii sui disponente, p. 40.

bus, quibus munus domini directi absoluitur, administratione nimirum feudi. Inter viramque id tantum interest, quod multo ante domino; quam simultanea inuestitis est credita haecce prouincia. Quando enim in antiquorem aetatem oculos coniiciamus illiusque temporis potissimum consuetudines ac mores reputemus, quo^s Saxonum pariter atque Alemannorum iura, cum prouincialia; tum clientelaria, describunt: dominus directus solus feudalem tutelam et vsumfructum bonorum, qua^s vasallo adsignauerat, habebat; quem vero illa onerari se, non pateretur, ipse, quem volebat, tutorem designabat q). Repugnat his effata minime, qua^s aliorum tutorum, a domino directo diuersorum, mentionem faciunt, quum de illis, qui curam rerum, pupilli propriarum, gerunt, loquuntur. Neque adsignat agnatis vsumfructum feudalem ideoque nec tacitus, qua^s cum illo arcto vinculo coniuncta est, tutelam tribuit feudalem EYKIVS AB REPGOV, vbi dicit r): *wann die Söhne noch binnen ihren Lahren sind, so nimt ihr ältester ebenburtiger Schwerdmagen das Heergewette alleine, siquidem non de vsumfructu feudali; sed allodiali potius sermo est.* Itaque minime isto tempore adhuc nota erat tutela, quo^s supra memorata iura componebantur: immo, quum illius originem inuestigare in animo nobis est, vltra progrede nobis non licet; quam vsque ad eam aetatem, qua leges Romanæ in Germaniam migrarunt illasque Germani sponte receperunt. Postquam illud vero factum est atque inter eos, qui cum aliquo clientelæ vinculo coniuncti erant, omnes tutelæ species, testamentaria, legitima ac dativa, sunt introductæ: ab illo abhinc tempore iurisconsulti simultanea inuestitis tutelam hanc adjudicarunt. Inter antesignanos illorum tenet locum MELCHIOR KLINGIVS s), qui iam disquirit, num eiusmodi inuestiti ad rationes reddendas necessitate sint adstricti. Sequuntur sunt eum postea omnes fere recentiores, e quibus tantum LV-

DOLPH.

q) *Ius feud. Alem.* cap. XXXII. Richter
ßtig Leenrechts, cap. XXX. *ius feudal. Saxon-*
icum, cap. XXXII.

p. 63.

r) *libr. I. Specal. Saxonie.* cap. XXXIII.

s) in dem Sachsischen Landrechte,
part. III. tit. von Vormundschaften,
p. 90.

DOLPH. SCHRAADERVM *t*), HENR. A. ROSENTHAL *v*), IO. SCHIL-
TERVM *x*), SAM. STRYKIVM *y*), CASP. HENRIC. HORNIUM *z*)
EVRCARD. GOTTH. STRVVLVM *a*), IO. PETRV M DE LVDEWIG *b*),
IO. RVDOLPH. ENGA VIVM *c*), GOTTFR. REVSIVM *d*) AC IO.
FRID. GVIL. DE NEVMANN *e*) nominare liceat. Omibus his
viris de vſu horum tutorum testimonium exhibentibus, non opus
est, vt magis testatum faciamus, simul inuestitos onerari tutela: im-
mo, quum ii, quibus vſu et consuetudine ſola minus hoc adsigna-
tur, in legitimorum tutorum numero locum iure ac merito poftu-
lant, vſum hunc probaffe, ſufficere poteft, vbi eos, quibus cum va-
ſallo vna feudum eſt mancipatum, non tutores ſolum; verum etiam
tutores eſte legitimos, in animo eſt monſtrare. Neque vero ſolum
id ex eo liquet; ſed planam eamdem rem faciam ex aliis indiciis.
Supra copiosius monſtrauit, maioribus noſtris iam pridem eamdem,
quaे Romanis, fuifſe ſententiam, illum, qui, emolumento ſibi fore
fucceſſionem pupillarem, ſperaret, pŕaſertim dignum eſſe, qui onus
tutelæ ſibi imponi pateretur. Quamuis autem de tutelis genera-
tim id docere operam dederim; ex eo tamen non ſolum iam per
conſequentiā patet, noſtrates regula hac tutelam quoque feu-
dalem metiri; ſed ſpeciatim hanc rem clare conſirmant ipsa aurea
bulla et ius feudale imperii, quod nuper iuris publici primum fe-
cit per illuſtris liber Baro, HENRIC. CHRISTIAN. SENKENBER-
GIVS *f*). Quum illa seniori agnatorum tutelam impuberum electo-
rum adiudicat, ei, cui antea hereditatem electoratus promittit: immo,
quum illam hac conditione ei promittit, vt eum ad tutelam fuſcipien-
dam

t) tractat. feudal. tom. II. part. x.
ſection. XVIII. p. 517.

v) de feudis, tom. II. cap. XII. con-
clus. x. num. 32. p. 497.

x) commentar. ad ius Alemannicum,
cap. XXXVIII. p. 278.

y) vſu moderno pandectar. tom. III.
p. 747.

z) loc. memor.

a) iuriſprudentia heroica, part. V.
p. 612.

b) in der Erleuterung der guldeneſen
Bulle, tom. II. p. 1316.

c) element. iuriſ Germanici, libr. I.
tit. XXVI. p. 247.

d) fundam. tutelarum legitimar. p. 40.

e) de tutela et paria potestate illuſtris
um, libr. I. tit. V. §. 414. p. 478.

f) corpor. iuriſ feudalium, p. I.

dam vna obstringat g): haud obscure per id significat, illum sgnatum ob successionem tutelam hanc, reuera feudalem, nancisci. Cum ea conspirat supra memoratum ius feudale. Quod quidem minime proximo agnato; sed proximo heredi vsumfructum feudi, vasallo impubere, adiudicat ideoque et tutelam, coniunctam antiquitus necessario cum illo vusufructu, ei tribuit. Sint aber, ait b), dy Kint also iung, so mag ez der eldeste nemen, der czu dem gute geborn ist, dywile daz dy Kint dy umdern eren zwölfe Iaren sint, aber also daz her den Kinden ere modedorff gebe. Eo alioquin accedit, quod omnia iura feudalia a tuteore eiusmodi impuberis clientis requisiuerunt, vt vasallus sit eiusdem domini, cui subiectus est pupillus; siue, vt existat ille des Herren Mann. Successorum feudale ius haec scribit i): der Vormund sol auturten fur das Kint vntze das wurt eins und zwentzig yore alt vnd des Kindes Vormund sol ouch des Herren Mann sin. Illud Alemannicum ius, cui paruerunt praesertim Bauari, amicos tutores nominandos esse dicit et de illis addit k): dez Kintes Vormund sol dez herren man sin, quod alio quoque loco l) confirmat. Qum itaque Germanicorum populorum leges ac scita praeципerent, vt eiusmodi tutor eo vinculo, quo impubes vasallus domino directo est adstrictus, cum eodem sit colligatus; alia vero id adhuc angustius definirent et eundem vasallum proximum quoque pupilli heredem esse iuberent n) idque postea, quum in patriam migrassent Romanorum leges, illud

M 2

effa-

g) confer auream bullam, cap. viii.
§. 4.

b) Fränckisches vnd Reichslebenrecht,
cap. xii. p. 8.

i) cap. lii. p. 52.

k) cap. xxxviii. in corpor. iuris feudalis, p. 144.

l) cap. xxxix. p. 145. adde cap.
lxviii. p. 150.

n) ex eadem re sequitur, vt quidem, vbi collaterales iure successionis fruantur, ordine agnati ad eam vocentur, hincque soli quoque agnati tutela

haec onerentur; vbi vero etiam cognati nec a successione arecantur; ibi nee tutelam recuare debeant, quemadmodum Lusatia luculentum huius rei testimoniun prabet, quod ex IO. CHRIST. LVNIGII corp. iuris feudalis, tom. II. p. 688. patet. Conferas LUDOLPH. SCHRADERVM tract. feudal. pars. X. sect. XVIII. num. 50. HENRIC. A ROSENTHAL, de feudis, tom. II. cap. XII. conclus. x. num. 29. et CASP. HENRIC. HORNIUM, iurisprud. feudal. cap. VI. p. 133.

effatum M^YCIANVM admodum confirmaret o): quo peruenit hereditas: eo reddit tutela: necessario simultanea inuestitis tacite imponabant tutelam iura feudalia. Ad eos enim, qui ex latere cum pupillo iuncti sunt, successionem feudalem pertinere, haud permettebant; ab illa tamen minime eos arcebant, quibus cum vasallis feudum mancipatum erat. De Saxonibus nemo sane dubitabit, quum hodie mores satis luculenter id adhuc monstrant. Eorum ius feudale dicit p): ez en erbet nieman nicht ein Lehn, wenn der Vater uff den Son: clarius vero loquitur de simultanea inuestitura aliis locis q): wilch man aber des Sunes darbet, der erbet uff den herren die gewere des gutes, ez en sie daz der herre das gedinge daran verligen habe vnd der belente man daz behalte nach rechten binnen sine rechten jartzale. Neque vero id soli Saxones statuerunt; verum etiam eamdem sententiam alii quoque populi habuerunt, vt lucuenter 10. SCHILTERVS r) et CASP. HENRIC. HORNIVS s) docent. SVEVVS t) eadem fere verba repetit, quibus usus erat SAXO, vbi dicit: es erbet niemand zu recht Lehen, wenn der Vater uff den Son. Alio loco haud obscure, descendentes in successione simul inuestitos sequi, ita significat v): Stirbt ain mann an der weyl, so sein weib chind tregt und hat er seyn lehen ainem mann gedingt mit des herren willen und ist den Frau des chinds nicht genefen, der man soll sich mit recht des gutz underwinden, pis das dem Frau des chinds genist, und ist es ain Sun, so ist das gedinge tzerbrochen, ob es lebendig geborn ist. In nullo quidem horum effatorum tutelae mentio fit; tamen, quum in iis inuestitis successio adiudicatur: eodem iure illis originem horum tutelae tribuimus, quo primordia legitimae patronorum tutelae in legibus duodecim tabularum querenda esse censentur. Quum patronus eamdem ob rem in legitimorum tutorum numero locum vindicat: nec sine iniuria ab eo arcere possumus simultanea inuestitos. Legas SAM. STRYKIVM x) et CASP. HEN-

RIC.

o) I. 10. de R. L.

p) cap. XXI. p. 186.

q) cap. VI. p. 181.

r) de simultanea inuestitura, cap. II.
s)

s) loco excitato.

t) cap. XXXXII. p. 45.

v) iur. feudal. Alemannic. cap. LXVIII.

x) loc. citato.

RIC. HORNIVM y). Quemadmodum vero simultanee inuestiti locum inter tutores legitimos tenent; ita nemini sancie mirum erit, quando cum laudato STRYKIO z) ad *tutores legitimos extraneos* eos etiam referimus. Quum nulla tutela neque iure Romano; neque Germanico ob solam propinquitatem deferatur; sed ob successionem, iue ab extraneorum numero tantum sunt sciungendi, quibus cognatio ius succedendi conciliauit; quilibet perspicet, omnes simultanee inuestitos, quum propter sollemnem feudi mancipacionem, iis simul factam, hereditatem feudi capiunt, ad extraneos esse numerandos; neque ab illis arcendos, qui sanguine quoque cum pupillo iuncti sunt. Saxones mores suos cum Longobardicis haud commutarunt; nec vñquam agnatum; vel collateralem in feudum succedere possi sunt. Quum itaque iis semper opus fuerit, vt quando bona eiusmodi vasallo traduntur, illa quoque simul sibi mancipanda eurarent, si aliquando agnati sui heredes esse voluerint, vt rem copiosius explicant PETR. MULLERVS a), IO. SCHILTERVS b), IO. CHRIST. SCHMIDTIVS c) multique alii: non potest fieri; quin plerique simultanee inuestitorum propinquitatis vinculo arctissimo cum pupillo sint coniuncti. Nihilominus tamen eosdem extraneos existimo. Etenim non ob cognitionem; sed ob simultaneam inuestituram successionem sibi adquisierunt; ob successionem vero munus tutoris illis committitur.

§. X.

QVVM in successione ratio querenda est, cur onus tutelæ simul inuestiti sustineant: facile iudicatu erit, LUDOLPH. SCHRA-DERVAM d) recte, domino directo adhuc præponendum esse in tutela simultanee inuestitum, adfirmare. Si domini directi tutela in vsu adhuc esset posita, vt ille quidem sibi persuaderet, hincque acci-

M 3

dere

y) *iurisprud. feudali*, cap. vi. §. 14.
p. 133.

b) de *simultanea inuestitura*, cap. 2.

z) *loco memoraro.*
a) *diff. de coniuncta manu*, que Iena
ann. CIO IO C LXXXIII. in lucem
emissa est.

c) de *diversis simultaneæ inuestiture
speciebus earumque differentiis*, Lipsia,
CIO IO C XXXIII.

d) *loco laudar.*

dere posset, ut dominus et simultaneae inuestiti concurrerent ad tuendum pupillum: necessario hi, quum prius quoque iis obueniat hereditas, antecederent; quisnam vero, si plures simultaneae inuestiti vna existant, ex illis præferendus sit? quæstio est obscura ac subdifficilis. Quum, qui expresse tutelæ huius mentionem faceret, inter antiquiores iuris clientelaris scriptores iuueniamus neminem: non mirum est, eos neque ea in re aliquid præcipere. Si quid nobis obuenit, de quo in legibus feudalibus litteris nihil consigñatum est: enodare debere nos voluntatem legislatoris ex iure ciuili et illud ad causæ nostræ commodum trahere, nemo ignorat. Præsidium igitur quoque ea in re in illo iure capimus, quod quamvis simultaneae inuestitos ignoret; viam tamen nobis monstrat, quid faciendum, si plures agnati uno eodemque gradu existant. Quorum quidem quum vna eademque ratio est hac in re cum simultaneae inuestitis, perspicimus, merito adplicare nos posse ad hanc rem iura ciuilia; distinguere tamen etiam ac diiudicare nos debere simultanee inuestitos, quos in Saxonia: quosue aliis in prouinciis reperimus. Quum hac in occasione extra Saxoniam valent, quæ a Romanis scita sunt ac sancta: omnes agnati simul ad tutelam vocantur. *CAIVS e)* clare id docet, vbi ait: *si plures sunt agnati, proximus autelam nanciscitur et si eodem gradu plures sint, omnes tutelam nanciscuntur;* *IVSTINIANVS f)* vero dicit: *si plures eiusdem gradus sint, ad omnes pertinet, scilicet tutela.* Quum hoc præcipiunt, merito ex eo colligimus, eadem ratione, si agnati deficiant, qui iure communii præcedunt, ideoque simultanee inuestiti proximi heredes sint; eorum vero plures existant, illos omnes simul ad tutelam esse admittendos. In Saxonia alia res est. Postquam ibi vasallo minime collaterales succedunt ac hereditatem feudalem, deficientibus descendentiis, statim simul inuestiti, quemadmodum supra monstrauit, cernunt, plerumque accidit, ut propinquis feudum simul mancipetur. Quum non ob cognationem; sed ob inuestituras simultaneam succedant hincque nec, qui propior est mortuo, alteros excludere possit,

e) l. 10. D. de tutor. legitimis.

f) §. vlt. I. de capitis deminut.

fit, nisi antea, ne, quam natura gradibus dedit, prærogativa illis hac in re admatur, decisum fuerit ac statutum, quemadmodum copiosus LVDOLPH. SCHRADERVS *g*), MATTHIAS COLERYS *h*), MATTH. BERLICHIVS *i*), GEORG. ADAM. STRVVIUS *k*), IO. BALTHE. L. B. DE WERNHER *l*), IO. FRID. WERNERV^S *m*), IO. GEORG. ESTOR *n*), IVST. HENNING. BOEHM^RVS *o*) et CAR. AVG^VST. SALZMANNVS *p*) docent: exploratum quidem habemus, vbi mancipatio feudi hac conditione facta sit, illum solummodo, qui pupillo propior est altero, tutelam nancisci; minime tamen illud semper accidit. Succedunt deinceps omnes inuestiti simul in feudum: quid? quod saepe euenit, quamvis, graduum rationem habendam esse, pacti sint, ut plures sint vnius gradus ideoque et pluribus simul obuenia hereditas. Quodsi vtrumque accidat nosque iam rem iure Romano metiamur, non dubium esset, quin omnibus simultaneis inuestitis simul tutela imponeretur; conueniret tamen istud

g) tract. feudal. part. x. sect. xviii. num. 59.

h) decision. llii. num. 17.

i) part. ii. conclus. liiii. num. 63.

k) system. iuris feudalis, cap. viii. apbor. xvi. num. 7.

l) obsernat. forenſ. vol. iii. part. iii. obſeru. 145.

m) de ſucceſſione in ſimultanee inueſtituram, Vitembergæ, c10 19CC XXXI.

n) von denen Samlehen und der geſamten Hand in Hefſen, cap. i. in cuius außerleſenen kleinen Schriften, vol. i. part. i. p. 79.

o) conſultat. et decision. tom. i. part. ii. argument. lxxxviii. p. 424.

p) de ſucceſſione ſimultanee inueſtituram in feudis Saxonicis, quatenus in capita ſiat et quatenus in ſtirpes, Lipsiae, c10 19CC XXXII. Referunt ad illuſtrandum hanc legem BYRCARP.

GOTTH. STRVVIUS, *iurisprudent. heroicæ, parz. v. cap. 5. p. 612. 10. LEONHARD. A. FVEHEL, de tutelis electorum, principum aliorumque S.R.I. statuum, cap. 5. ac 10. FRID. GVL. DE NEVMANN, de tutel. ac patria poreftare illuſtrium, p. 269. illuſtrum tutelam minoris ducis Vinariensis Io Erneſti, quam ob ſimultanam inueſtituram elector Saxoniæ, Io. Christianus II. ſortiebatur, quamvis dux Io. Caſimirus pupillo propior eſſet. Iure communi etiam ſimultanee inueſtititos eſſe; eos tamen plerumque tales eſſe, qui agnatione id adsequi haud poſſint, multis exemplis probat BYRC. GOTTH. STRVVIUS, *iurisprud. feudali, cap. viii. p. 239. cui NIC. HIERON. GYNDLINGIVM, in Gundlingianis, part. iii. p. 191. 10. PETR. de LYDEWIG differentiis iuris communis et Saxonici in ſimultanæ inueſtitura aliquosque adiiciens.**

istud minime cum Saxonum moribus atque institutis. Tutor erat ibi senior agnatus, quamobrem EYKIVS AB REPGOV dicit q): *wann die Söhne noch binnen ibren Iahren sint, so nimt ihr altester ebenburtinger Schwerdtmagen das Heerewette alleine vnd ist der Kinder Vormund daran.* Quod quum minime mutaretur, postquam ius Romanum erat introductum: omni tempore, vbi agnati ad tutelam vocantur, eorum seniori imponitur et istud quoque in tutelis vasallorum valet. Quum ea in re vna est ratio simultanea inuestitorum cum agnatis: solus quoque eorum senior onus tutelæ sustinet, siue sint propinquii; siue nullo eiusmodi vinculo cum pupillo coniuncti. Distinguunt quidem LVDOLPH. SCHRADERVVS r) ac id solum de iis inuestitis, qui agnati cognatiue sunt pupilli, adfirmat et de extraneis id negat; recte tamen contra eum monet CASP. HENRIC. HORNIUS s), fauere huic rei τὴν ἀναλογίαν iuris. Censet itaque, obseruandum id esse in omnibus inuestitis; nec, distinguendos illos esse, putat. In eius sententiam etiam discedit SAM. STRYKIVS t). Quum eam ob rem agnatis tutelam generatim demandat lex, propterea quod pupilli hereditas iis obueniat eorumque seniorum cum primis, qui prouinciam hanc administreret, ideo eligit REPGOVIVS, quoniam eum inter omnes maxime docuit longa vita atque usus rerum maximarum: ille abundat consiliis et maiore prouidentia pupillum tuerit, hac in re ceteris senior inuestitus simultanea etiam antecellit eique quoque soli ex mente legis tutela tribuitur. Prætereo iam illustrium controversias, in quibus litigantes ab agnatis ad simultanea inuestitos concluserunt et ex eo inuestitorum senior solum tutelam vindicare studuit v). Quum in plesio risque

q) loc. citat.

r) tractat. feudali, part. x. sect. xviii. num. 59.

s) usū moderno, tom. III. p. 474.

t) illustrat hoc potissimum illa scripta publica, quæ propter controveriam tutelam principis Ienensis, filii Bern-

hardi, fuit publicata, et iam, antea dissipata, in unum coacta a MICH. CASP. LONDORPIO, tom. XVI. act. publ. p. 78. Adiungi iis potest consilium, quod declarunt iurisconsulti Francofurientes ann. c1510CLXXXVI. Exstat illud in SAM. STRYKII usū moderno pandectarum, tom. III. p. 496.

risqué rebus magna est inter *feudalem* atque *allodialem* tutelam similitudo ac sēpenumero, vt antiquitus siebat, haud amplius distinguitur, intelligimus rationem, cur crebro simultanea*investitorum* tutela non sola administratione feudi absoluatur; sed etiam educationem curamque pupilli contineat et cur iis non quidem dominus directus; nonnunquam tamen mater praeferatur atque ei solum *investitorum* senior adiungatur. Statuerunt illud plerique doctores *x)* et idem expresse in Saxoniam recentiori tempore cautum fuit *y)*. Postquam tutela non amplius fructuaria existit, recte hac ex re, eiusmodi simultanea*investitum* rationes reddere debere, concludit MELCHIOR KLINGIVS *z)*; ex eo tamen, quod REPGOVIVS *a)* dicit: *wo aber der Vormund auch zugleich der Erbe ist, so darf er niemanden des Kindes Gut berechnen; noch Bürgen setzen*, conseq̄ui, idem putat, vt eiusmodi tutoribus necessitas rationum reddendarum haud sit imposita, quamdiu annos impubertatis nondum compleuerit pupillus; sed, vt ipsi pupillo, postquam pubes factus, eas referre debet; nec satisdare ei opus sit. Quamuis autem vti non aliis tutoribus; ita nec simultanea*investitum* opus sit satisdatione in Saxonia, quemadmodum pluribus verbis IO. SCHILTERVS *a)*, BENED. CARPZOVIVS *b)*, SAM. STRYKIVS *c)* aliquie docent; minime tamen hodierna ètate a calculus subducendis usque ad pubertatem pupillorum liberi exstant. Præterito quidem tempore dissentiebant

hac

x) iurisconsultos Vitembergenfes
mensē februar. anno superioris fecu-
li LXXX, eiusmodi sententiam tulisse,
referi CASP. HENRIC. HORNIUS, *iuris-
prudentia feudalī*, cap. VI. §. 15. p. 136.
præter quem digni quoque sunt, qui
huc referantur: PETRVS HEIGIVS, *que-
stionibus uris*, part. II. quast. XIII. §. 42.
BENEDICT. CARPZOVIVS, *libr. V.*
resp. LXXX. §. 13. sqq. IO. HENRIC.
BERGERVS, *elect. discepar. forens. ad
process. Saxon.* tit. VIII. obs. I. et SAM.

STRYKIVS, *vsi modern. pandectarum*
tom. III. p. 494.

y) emendar. ordinat. *Saxonica*, part. II.
tit. 3. §. 4.

z) notis zu dem *Sächsischen Landrechts*,
part. III. tit. von *Vormundschaffen*,
p. 90.

a) *prax. iuris Romani*, exercitat.
XXXVI. §. 90.

b) *libr. V. respons. LXXXII.* §. II. sqq.

c) *vsi moderno pandect.* *tom. III.*
p. 561.

N

hac in re Saxonici iuris consulti et nonnulli eorum quotannis; alii vero primum post finitam tutelam a tutele legitimo rationum redditionem requirebant d); postquam vero Augustus, elector, omnes tutores, delectu omni et discrimine remoto, quotannis ad id faciendum necessitate adstrictos iudicauit e): extra omnem dubitationem positum est, minime tutelem, cui ob simultaneam inuestitram munus hoc creditum, partibus suis satisfacturum esse; nisi quotannis rationes pedderet.

§. XI.

MISSOS facio iam simultanee inuestitos meque ad eos conuerto, qui ganerbinatus; vel fraternae societatis vinculo cum pugno sunt coniuncti. Quum, quæ necessitudo inter simul inuestitos, illa quoque in communibus heredibus atque eiusmodi fratribus reperitur: constans ac perpetua exstisit iurisconsultorum sententia, illos quoque liberorum impuberum, a sodalibus relictorum, saluti consulere debere eorumque tutelam fuscipere, quemadmodum pluribus verbis BENEDICT. CARPZOVIVS f), LVDOLPH. SCHRADERVS g), IO. LEONH. DE PVEHEL h), SAMVEL STRYKIVS i), CASP. HENRIC. HORNIUS k), IO. PETRVS DE LVDEWIG l), EVRCARD. GOTTH. STRVVIUS m) atque illustris vir, IO. RVD.

EN-

d) conferas: MATTH. WESENBECKIVM, responsis, part. I. consil. XXXXVII. p. 752. IO. PHILIP. RICHTERVM, part. I. decision. XIII. §. 23. MATTH. BERLICHIVM; part. II. conclus. XII. §. 5. sqq. BENED. CARPZOVIVM, ad constit. Augstl. part. II. consil. II. defini. 3. et consultationes constitut. Saxon. tom. I. quæst. LIIII.

e) part. II. constitut. II. so ordnen und setzen wir solches biemit vnd kraft dieser Constitution vnd wollen, das alle Vormünder, ohne Vnterscheid, iährlich ihrer Verwaltung balber Rede vnd Antwort geben: auch gebührliche Rechnung ihun sollen.

f) libr. v. respons. LXXXI. num. 9. sqq.
g) de feud. part. x. sect. XVIII. num. 49.

b) de tutelis electrorum principum aliorumque S. R. I. statuum, cap. v. §. II. sq.
i) usi moderno, tom. III. p. 747. in differt. de tutela materna principum, cap. I. §. 22, et in tract. de successione ab intestato, def. VII. cap. 3. §. 9. iq.

k) iurisprudentia feudal, cap. VI. §. XIII. p. 133.

l) opusculis miscellis, tom. I. libr. IIII. opusc. III. p. 1086.

m) iurisprudentia heroica, part. V. cap. IIII. p. 612.

ENGAVIUS *n*) exemplis suis testantur. Refert illos summus vir,
 IO. PETRVS DE LYDEWIG *o*), ad tutores pactis constitutos ideo-
 que, si illum sequar, eorum hoc loco, quo de extraneis tutoribus
 legitimis loquor, mentionem facere non possum; quodsi vero
 rem curatius ponderamus, omni iure illi inter legitimos locum
 vindicant. Quando tutorem Germanicum doctores *pactitium* vo-
 cant: necessario, quemadmodum AVGST. LEYSERVS *p*) aliique,
 qui copiosius illud argumentum persequuti sunt, obseruarunt, pa-
 catis constitutum illum esse oportet. Requiruntur quidem eiusmo-
 di foedera ad quodlibet sodalitum, sive sit hereditarium; sive fra-
 ternum; in alterius vero conuentis mutua solum successio: in al-
 terius mutua defensio, cum successione coniuncta, constituitur, id
 quod vberius IAC. WERN. KYLLINGERVS *q*), IO. LEIBIVS *r*),
 MARTIN. ZACH. CRAMERVIS *s*) demonstrant. Quum varias ac
 diuersas eiusmodi pactorum conuentorumque formulas laudarus
 IAC. WERN. KYLLINGERVS *t*), IO. CHRIST. LVNIGIVS *v*), IO.
 GEORG. ESTOR *x*) et perillustris ERNST. IOACH. DE WESTPHAL-
 LEN *y*) exhibent: in nulla earum de tutela liberorum suorum a se
 inuicem suscipienda pacti sunt socii et, si tutorum quoque in quibus-
 dam; semper tamen quasi aliud agendo, mentionem fecerunt: non
 de constitutione eorum; sed de nonnullis potius eorum officiis con-
 uenerunt. Ita istud in pactione castri Muntzenbergensis factum
 est; de tutoribus vero nihil aliud cautum, nisi, vt ii, pupillis

N 2

im-

n) element, iuris Germanici, libr. II, libr. II. tit. XXVII. §. 452. p. 479.

o) loc. memorat.

p) meditat, ad pandect. volum. V. et VI, Specim. CCCXXVIII. p. 448.

q) discurs. de ganerbiis castrorum, Tü-
bingean. CIO IO CXX. in lucem edito.

r) von denen Ganerben, cap. I. in il-
lustris viri, IO. GEORG. ESTORIS aus-
erlesenen kleinen Schriften, part. VIII.
p. 401.

s) de ganerbinatu, §. 3. sqq. quam

dissertationem, editam antea Lipsie
CIO IO CLXXVII. iterum edidit ESTOR,
in kleinen Schriften, part. XI. p. 439.

t) discurs. de ganerbiis castror. dis-
curs. XVIII. p. 203. sqq.

v) corpor. iuris feudalis, tom. II.
p. 305.

x) in denen kleinen Schriften, vol. II.
part. VII. num. 7. p. 528. part. VIII.
num. 9. p. 750. vol. III. part. VIII.
num. 4. p. 61. part. X. num. 3. p. 267.

y) monument. in edit. tom. III. p. 2059.

impueribus in eorum locum vicarii succedant ^{z)}: wer er aber unter
seinen Jahren, so mochte er seinen Fürmunder, zu dem Schild geborn,
darzu geben, der solch Burgfrieden von sintwegen globte vnd tede, als
vor geradt iß, bis das er mundig würde. In foedere Butzbacensi ^{a)} de
iisdem constitutum est, eos, se pactum seruatores esse, iurejurando
confirmare debere. Quæ quum ita comparata sunt ac conuenta de-
ficiunt, in quibus hi sodales sibi inuicem promiserunt, tutelam libe-
rorum sibi imponi, se passuros esse: res grauis sane atque ardua es-
set, illos pactitiis tatoribus adnumerare. Si ex eo, quod conuentio-
nibus eiusmodi sodalitates constituta sunt, concludere quis posset,
illos tutores esse pactios: sequeretur, vt nec dominus directus lo-
cum inter legitimos tutores tueri posset et ille potius etiam ad pa-
cros constitutos referendus esset, quum pacto clientela et vinculum,
quo dominus vasallusque coniuncti sunt, constituitur. Ex his vii
luculenter pater, ganerbios ac fratres minime tutores pactios es-
se; sic quilibet sane quoque perspiciet, illos maiori iure *legitimos*
vocari, si, quæ paullo ante tradidi, memoria repeatat consideretque,
illud *MVCII b)* effatum non in legibus Romanis solum; verum
etiam patriis moribus fundatum esse: *quo peruenit hereditas, eo credit*
tutela. Quum quælibet tutela, que vel expresse; vel tacite alicui
a lege adsignatur, *legitima* nomen accipit ideoque et ad tutores legi-
timos omnes ii referuntur, qui munus hoc consequiri sunt ob com-
modum successionis: summo iure etiam in eorum numerum scribun-
tur ganerbii ac fraterna societate coniuncti, quippe qui etiam sibi inuicem
succedunt et eamdem ob rem tutela onerantur. Quum eo
consilio solum memoriam societatem fraternalm inierunt, vt si ali-
quando stirps aliqua extingueretur, alia familia iure frueretur, in
alterius bona succedendi, id quod luculenter *IO. LEIBIUS c), IO.*
VOLCKM. BECHMANNVS d) ac SAM. STRYKIVS e) monstrant:
de

^{z)} *Burgfriede des an der Wetterau
gelegenen Schlosses Münzenberg, vol. II.
der kleinen Schriften, p. 761.*

^{a)} *Burgfrieden zu Butzbach §. XVII.
in ESTORIS kleinen Schriften, vol. III.
part. x. p. 310.*

^{b)} *I. IO. D. de R. E.*

^{c)} *loco excitat.*

^{d)} *diss. de confraternitatibus illustrium
familiarum in ciuitate Germanorum, Ienaæ.
CIO IO C LXVI.*

^{e)} *diss. de successione ab intestato, cap.
VIII. §. 3.*



de illa nullum est dubium; neque vero hac in re, quod ad ganerbinatum pertinet, hasitare nobis licet. Quodsi quidem originem illius et, quem ad finem constitui cooperit, consideramus, reperimus, horrendam illam latronum aliorumque, quibus Germania nostra prouinciae cumulate erant, grassatorum immanitatem ad eiusmodi foedera incunda hominibus, ut se defendere possent, dedisse ansam, quod ex legibus imperii^{f)} pariter ac conuentorum formulis^{g)} cognoscere liceat; alter ramen illorum sociorum alterius quoque heres erat. Quum ad id, quod cogitabant, perueniri non posse, crederent; nisi omnium bona essent communia, euenit, ut pactum successionis cum altero esset coniunctum: ius ad crescendi locum haberet et, si quis, liberis orbatus, decederet et propiores heredes deficerent, bona ceteri sodales consequerentur. Hic non opus est, ut anxie argumenta, quibus dictis his fidem faciam, quaram. Iam sola appellatio *ganerbiorum*^{h)} luculententer id confirmat, quamque eo accedunt etiam varia conuenta, ex quibus copiosius atque uberiorius hanc rem monstrant: TOB. PAVRMEISTERVSⁱ⁾, HENRIC. A RÖSENTHAL^{k)}, IO. LEIBIVS^{l)}, ANDR. GEILIVS^{m)}, MART. ZACH. CRAMERVVSⁿ⁾, IAC. WERNH. KYLLINGERVS^{o)}, IO. NI-

N 3

COL.

f) *Landfriede*, sive, xx. et ordinat. Camere, pars. II. tit. 13.

g) apud ill. ESTOREM, loc. indicat. ceterosque, supra memoratos.

h) vocem: *Ganerben*, compositam a duobus vocabulis: *gan* atque *erben*, *condominium*, *cobeream*, significare, pluribus demonstrare fuduerunt: IO. LEIBIVS, dis. von denen *Ganrbien*, cap. I. DOMINIC. ARVMAEVIS, volum. I. iuris publici, discurs. XIIS. quae^f 12. RAD. KITTERSHVSIUS, partition feudal. libr. I. cap. 17. IACOB. WERNER. KYLLINGERVS, discurs. de *ganerbis*. castrorum, discurs. I. p. 6. IO. STRAVCHIVS, de *ganerbis*, in ESTORIS kzinne Schriftten, vol. II. part. VIII. p. 718.

MART. ZACH. CRAMERVVS, de *ganerbiniatu*, §. I. in iisdem opusculis, vol. II. part. VII. p. 433. PAULL. MATTH. WEINERVERS, obseruat. pract. voce: *Zaneyberrig*: SAMVEL STRYKIVS, de successione ab intestato, dis. VIII. cap. 8. §. 2. 3. et IO. GEORG. ECCARDVS, careb. rheod. Otfredi Mon. p. 179. sq.

i) de *nurisdictione*. imp. Romani, libr. II. cap. 8.

k) tract. de feudis, cap. II. conclus. 78.

l) loc. indicato.

m) de *pignoratu*. cap. XX.

n) memorato loco.

o) discurs. VI. de *ganerb. castrorum*, p. 80.

COL. HERTIVS p) aliquie, luculenter ex eo videmus, ganerbios sibi inuicem sucesſiſſe hanęque ob rem etiam tutelam filiorum, qui patre, iſorum socio, fuit orbati, fūcipere debuſſe. Sed reſtant adhuc alia. Si eos, qui ganerbinatus; vel fraternae societatis vinculo inter ſe iuncti erant, huc referre volumus: non tutores ſolum iisque legitimi; verum etiam legitimi extranei eſſe debent. Priuſ iam monſtrauit: ſequitur iam posterius. Quod ad pacta communio niſ fraternali pertinet, nemo ſane infitiabitur, illos, qui ſe coniunxerunt, extraneos eſſe putando, quum iſta eo conſilio inueniuntur, vt, fi qua familiā intereat: illius hereditatem altera capiat. To-tum hoc foedus ſuperuacaneum fuifſet, vbi pacientes non extranei exſtitiffent ideoque iſpa lex iam eos ad ſucessionem vocaſſet. Sed ganerbinatus pacta diſtinguenda ſunt. Duplex eſt ganerbinatus. Alter per caſtrum, quod pluribus vaſallis dominus directus cedit, conſtituitur: alter per ſocietatem, a nobilibus quibusdam ſponte initam. Hic quidem ob deſenſionem ſemper conditus eſt; longe rāmen iſ fallitur, qui vnam eius rationem exſtitiff, ſibi perſuadet q). Quidam per id protegere ſe ac defendere cogitabant ſolummodo ad conſervandam familiā, quemadmodum MART. ZACH. CRAMERVS r) obſeruat, quumque hanc ob rem neceſſario in hanc ſocietatem tantum adſciferentur, qui ex hac familiā procreati eſſent s): nullo iure eos, qui in eadem pupillorum tutelam fūcipiunt, in extraneorum tutorum legitimorum numerum reſerve possumuſ. Sed quum alios hæc res minime impulit, vt eiusmodi pa-crum facerent: tum nihil quoque impedit; quo minus hoc ſodalitium ex diuerſis familiis coniſtat, obſeruantē KYLLINGERO t). Si quando itaque illi propter futuram ſucessionem tutelam pupil-lorum

p) queſtiōn, de ganerbinatu, §. 1. in ill. EſTORIS, auſerleſenen kleinen Schriften, vol. II. part. VIII. p. 72¹.

q) luculenter id demonſtrant: IACOB. WERNHER. KYLLINGERV, diſcurſ. de ganerbiis caſtrorum, diſcurſ. v. §. 10. p. 72. et MART. ZACH. CRAMERVS de ganerbinatu, §. 3.

r) loco memorato.

s) recenſent exempla ganerbinatum vniuſ familię PAVL. MATTH. WEHNERVS, obſeruat, practicis, voce Ganerben et SAMVEL STRYKIVS, de ſu-cessione ab iuſtato, diſi. VIII. cap. 8. §. 13.

t) loc. citat.

lorum suscipiebant: etiam illos ganerbios iure ac merito *tutores extraneos* vocamus. Fecit istud iam SAM. STRYKIVS v).

§. XII.

QVVM eo consilio, qui fraternæ societatis inter se iuncti sunt vinclulo, societatem ineunt, vt extincta una gente, altera illius heres existat, vt supra copiosius monstravi: capiunt illi omnium fortunarum hereditatem ideoque et, quam gerunt, tutela curam rerum pariter ac persone pupilli complectiuntur; quod vero pertinet ad ganerbinatum, pacta illa iterum distinguenda sunt ac diiudicanda. Si communes heredes omnia bona contulerunt, non dubium est; quin eadem ratio tutelæ existat; quodsi vero tantum partem castris cuiusdam communicarunt, quod fieri posse, 10. LEIBIVS x) monstrat: sine dubio illius castris terminis circumscripta est tutorum vis ac potestas. Si illud factum est: necessario tutor pupilli educatione occupatus est; ab illa vero liber existet, vbi quilibet in communione partem castris contulit. Nihilominus tamen uterque officia exequi debet, quæ eos ab aliis tutoribus distinguunt. Iureiurando promittere debent, stare se velle contentis maiorum; præterea autem munia quoque administrare eos oportet pupilli, quibus tamquam communis heres fungitur. Non leuia eius rei reperimus indicia, quando memoratorum pactorum euoluamus formulas. In conventione ganerbiorum Haunensium, ab illustri viro, 10. GEORG. ESTORE y) edita, hæc legimus: es sollen auch alle unsere Söhne und andere unsere Nachkommen männliches Namens und Stammes von Haun, so diesen Burgfrieden noch nicht geschworen haben; oder funfzehn Jahr alt sind, mit Verwillingung ihrer Vormündere; oder die Vormunder an ihre statt denselbigen alsbald schwören. Idem præcipit pacis castris Munsterbergensis formula z): wer er aber unter seinen Jahren, so möchte er seinen Fürmunder, zu dem Schilde geborn, dartzugeben,

v) loc. memoraro.

x) von denen Ganerben, cap. III. in 10. GEORG. ESTORIS kleinen Schrifff.

zen, vol. II. part, VII. p. 402.

y) loco memorato, p. 424.

z) loc. citar.

geben, der solich Burgfrieden von sint'regen glopte vnd tede, als vor ge-rede iſt, bis das er mundig iſt, cui adiungo foedus Butzbacense a): ob vnfer der Ganerben einer; oder mehr zu Zeiten ein Vormunder ge-wonnen; oder ob vnfer der Ganerbe einer; oder mehr zu Zeiten ein Amtmann oder Vogt daſelbst hinf'zen würde, daß man deren keinen zulaffen ſoll, er habe dann zuvor dieſen Burgfrieden gelobt vnd geſchwo-ren, zu halten. Haud prius ganerbii socii sui hereditatem capi-unt; quam non amplius exſtant, in quibus cum iſto communio est ſanguinis quiue ideo lege ad ſucceſſionem vocantur, vti obſeruat 10. LEIBIVS b). Quum in tutela vero legitima deferenda ſucceſſio-nis ordinem curate obſeruent leges: facile quisquis perſpicere pot-eſt, nec prius ganerbios tutela onerari; ſed præ iis hac in re pro-pinquum, qui ſucceſſionis commodo fruitur, præcedere. Quando vero ad illos tutela peruenit, nemo, quum omnes ſimul ſuccedunt, in illius administratione alteri antecedit. Si ſoliſ caſtri terminis circumscripta eſt tutela: ſine dubio seniori committenda vi-detur, quum illius sit alioquin, caſtrum loco alterorum administra-re et, qui ex illo percipiuntur, fructus inter ſodales diſpertere c). In fraterna ſocietate etiam haud anteſ ſodalem tutela onerari; quam si alterius familia yſque ad pupillum exiſta ſta ideoque iſte proxi-mus heres exiſtit, quilibet cognofet.

§. XIII.

TANDEM in legitimorum tutorum numerum referunt 10. LEONHARD. A PVEHEL d) ac SAM. STRYKIVS e) exſpectatiuariū. Quum, vbi vnuſ adhuc ſolum viuit vasallus, cuius morte feudum aperitur, ille, qui a domino exſpectatiuam nactus eſt, proximus illius eſt heres: eumdem, fi eueniret, vt ultimus ille cliens mini-me adhuc pubes ſit, tutorem legitimum eſſe iudicat STRYKIVS;

nec,

a) Burgfrieden zu Butzbach, §. xv.
in ill. 10. GEORG. ESTORIS auerleſen
neu kleinen Schriften, vol. III. part. x.
p. 316.

b) von denen Ganerben, cap. III.

c) conſer LEIBIVM, loc. citato.
d) de tutelis electorum, cap. v. §. 9.
e) vſu moderno paudecarum, tom. III.
p. 474. et diſſ. de paterna tutela prin-ci-pum, cap. I. §. XXII, p. 22.

nec, vt ego quidem arbitror, sine ratione. Eodem enim iure, quo simultanea uestisito tutela desertur, eam *exspectatiarius* consequitur et inter vtrumque id tantum interest, quod rarius accidit, vt ad hunc perueniat tutela. Ad quam quidem rem illustrandam haud exemplum adfert ille; luculenter tamen ei lucem accendere videtur controuerfa tutela filiorum Alberti, electoris Marchici, Ioannis atque Otronis. Disceparunt de ea potissimum Henricus, Anhaltinus dux, et Albertus, sacrorum Magdeburgensium præfus, quumque postea lis transactione sopita est haecque, vt monumentis mandaretur, litteris consignata, quas IO. CHRIST. BECMANNVS^{f)} ac maximam fere partem IO. FRIDERIC. PFEFFINGER^{vsg)} ediderunt: illud scriptum nos luculenter docet, quemadmodum non solum IO. PETRVS DE LVDEWIG^{b)}; verum etiam BVRCARD. GOTTH. STRVVIⁱ⁾ id interpretantur, imperatorem Fridericum secundum ex decreto omnium Germaniæ ordinum exspectatiuum et cum ea tutelam principum Marchicorum concessisse presuli ideoque onus tutelæ ob commodum successionis, per exspectatiuum illi procreatuum, ei imposuisse. Faterur ibi claris verbis k) MECHTILDIS, vidua Alberti, Brandenburgorum ducis, cum liberis: imperatorem tutelam omnium feodorum, que idem dominus eius et pater ab imperio tenuit, quam ex morte ipsius sibi dominus imperator vacare dicebat, que anuelle vulgariter appellantur, domino Alberto Magdeburgensi episcopos per sententiam principum imperii commisisse, quumque postea sead illud ius redimendum certam pecunia summam presuli soluturam esse promittit: ab illo haec sibi stipulatur: quum reuersus fuerit dominus imperator ad partes Teutoniae, ducet uos dominus archiepiscopus in expensis suis competentibus sub ducatu suo ad dominum imperatorem et reducat et faciet et efficiet apud ipsum, quod nobis in solidum porrigit omnia feoda, que pater noster in imperio tenuit, eo videlicet iure pariter ac honore,

quo

^{f)} in der Historie des Fürstenthums Anhalt, tom. 1. part. II. cap. LIII. §. 3. p. 327.

^{b)} de arte legitima puberum et maiores, cap. V. §. 5. p. 87.

^{g)} in Veterario illustrato, tom. II. p. 523.

ⁱ⁾ jurisprud. heroiaca, part. V. p. 488.

^{k)} in diplomate, apud BECMANN-

NUM, loc. excitato.

O

quo principatus alii porrigitur. Sunt quidem, qui aliter verba harum litterarum intelligunt: IO. CHRIST. BECMANNVS ^{l)}, imperatorem Alberto minime tutelam; sed solam defensionem concessisse putat; alii alia ratione vocem: *Angefälle explicare videntur*; quodsi vero quoque, quamuis, id me non perspicere, ingenue confitear, illud exemplum haud eo valeret, vt tutela exspectatiuariorum clara inde fieret; multo tamen maiori iure tutelam legitimam illis cum STRYKIO aliisque adsignamus; quam cum interprete EYKII AB REPGOV tutelam hominum priorum manumissorum, qui ea adhuc ætate viuunt, in qua tute indigent, manumittentibus. Ille enim, postquam, vt iam memoriai, legitimos in tres species diuisit; ad tertiam eos, qui ex iure dominii tutelam nanciscuntur, numeravit et primum locum inter eos domino directo attribuit, dicit ^{m)}: also bleibt auch der Herr seines handledigen Vormunde, welchen er aus seiner Dienstbarkeit frey und ledig gelassen hat. Quodsi certo fundamento niteretur hec tutela: necessario in extraneorum tutorum legitimorum censum veniret; sed res difficilis sane esset atque ardua, si querere iam nobis proponeremus leges, in quibus illa sit fundata. Quum Romanorum seruorum multo durior; quam Germanorum hominum priorum esset conditio, penitus omne vinculum inter dominum ac manumissum hominem proprium cessat, quando nimirum plenam libertatem ille semel adeptus sit, vti IO. SCHILTERVS ⁿ⁾, SAM. STRYKIVS ^{o)} ac IOAN. FRIDERICVS POLAC ^{p)} obseruant. Nulla existente differentia inter eiusmodi manumissum atque alium liberum hominem, nihil in iuribus Germanorum, sive scriptis; sive non scriptis, de illis sanctum inuenimus et, quum nec de eorum tutela leges quasdam tulereunt hancque multo minus dominis manumittentibus mandarunt:

summae

^{l)} memorato loco. Refutat etiam cum more suo, id est, lepide quidem ac multo cum sale; asperioribus tamen verbis, IO. PETRVS DE LVDEWIG, de cruce legitima puberum ac maiorum, cap.v. §. 5 p. 88.

^{m)} not. ad specul. Saxonie. libr. I.

art. XXIII. p. 66.

ⁿ⁾ prax. iuris Romani, exercit. XXXXI.

§. 37.

^{o)} usu moderno pandectarum, tom. III. p. 1128.

^{p)} Systemat. iurisprud. antiquæ, libr. I. cap. XVI. §. 5. p. 89.

summae fane nobis sese offertint rationes, inde colligendi, interpretem supra memorata ex Romanis legibus de legitima patronorum tutela petuisse. Eum in Romano iure maxime versatum fratre ac maximam ex prouocatione ad illud cepisse voluptatem, nemo fane insitiabitur, qui semel illius commentarios euoluit. Incredibilis copia locorum huius iuris, quibus, et ad nugas, bene obseruante periliustri CAR. GVIL. GAERTNERO q), probandas, ceu geminis sermonem distinxit, satis abundantanter haec tessatur. Quodsi vero ita ex iure Romano id petiit, luculenter quilibet perspiciet, ex eo nos domino, dimittentи hominem proprium, dimissi tutelam haud adsignare posse. Multi quidem operam dederunt, vt tutelam patroni in Germania ab usitata confuetudine haud recessisse, monstrarent; omnes tamen, quod supra docui, illud ex domini directi tutela docere studuerunt; nec ullus, vt ego quidem scio, hunc interpretrem hac in re sequutus est. Omnes docti paullo liberalioris ingenii nunquam comparant homines proprios cum Romanis seruis: et si, quoque id fieri posset, iniquum foret, si domino dimittentи tutelam, vt Romano manumisso, quisquam imponeret, quem Romanus commodum successionis haberet idque sola tutelae illius ratio esset; neutiquam vero dominus, qui hominem proprium manumisit. Intelligo plenam manumissionem: eos enim, quibus non perfectam libertatem dominus largitus est, id quod saepius factum esse, TACITVS r) testis est, quibus ille quoque successit, manumissorum adpellatione dignos haud iudico. Legas: 10. SCHILTERVM s).

§. XIII.

Quia s hactenus recensui, tutorum legitimorum extraneorum species toti Germaniae; vel minime plerisque eius populis sunt communes. Conuerto me nunc ad eos extraneos, quos singularia statuta tutores constituant. Quum nullum fere in Germania existat oppidum, quod non propria statuta condiderit, nemo fane,

O 2

acci-

q) prefatione, quam editioni speculi
Saxonici primit.

r) de moribus Germanorum, cap. xxv.

s) prax. iuris Romani, exerc. XXXI.

§. s.

accidere posse, negabit, vt hoc seito quisquam tutor declaretur; quoniam tamen mos, heredi tutelam committendi, non Romanis solum; verum etiam Germanicis legibus conformis existit, maxime raræ sunt illæ sanctiones, quæ singulare quid hac in re iuberent; sed earum conditores plerumque contenti fuerunt, si, quæ Romanæ leges de legitimis tutoribus tradunt, de latino conuerterent ideoque laborem susciperent, profecto superuacaneum. Nihilominus eius rei exempla non deficiunt. Inter Erfordienses legitimos tutores locum quoque tenent sponsores, in sacro pupillorum lauacro adhibiti. Clare id nos docent statuta huius ciuitatis t):
 sollen sie alsdeun die nechsten Blutsfreunde; oder wo auch solche nicht vorhanden wären, der Kinder Taufpathen hierzuladen, sich der Kinder anzunehmen, vnd denn mit deren Vormundschaft sich beladen lassen.
 Quum illa clare eos nominant et eodem modo eos, quo propinquos, ad tutelam vocant: nemo sane locum inter legitimos tutores iis designare, dubitare potest; ad legitimos vero extraneos merito sunt referendi. Non sum ignarus necessitudinis, quam inter illos sponsores atque sacri fontis mysteriis initiatos excogitauit præsul Romanus; neque tamen aliquem fore, spero, qui figmentum illud a matrimonio etiam ad alias res trahat et istos ab extraneorum tutorum numero arceat. Quemadmodum illis Erfordienses; ita aliarum quoque ciuitatum iura senatoribus illud onus imposuerunt, vt, deficientibus propinquis, tutelam pupillorum gererent. In statutis Haderslebensibus v) haec legimus: Sterbet der Vater vnd die Mutter sitzet mit ihren Kindern, vnd verzekret die Güter: haben dann die Kinder keine Blutsverwandten, die ihre Güter vorstehen, oder in acht nehmen können, so sollen die Rathsherren die Guter in ihre Verwahrung nehmen. Conspirat cum illis ius, cui paret ciuitas Flensburgensis x).
 Steruet

t) Mayntzische Instruction vor dero Stadt Rath zu Erfurt, ann. C1010 C1111.
 in denen Mayntzischen Ordnungen, p.

113.

v) Statut. Haderslebensia, quæ exstant in perill. ERNEST. IOACH. DE

WESTPHALEN monument. inedit. tom.
 IIII. p. 1978.

x) Statut. ciuitat. Flensburgensi. quæ idem summus vir laudati operis romo III.
 nseruit, p. 1902.

Seeruct de Vader vnd verbrachte de Moder der Kinder Guth vnd heben die Kinder keene nahe Frunde, de er Guth verwahren mögen, so nimt de Rath ir guth in Verwahrung, so lange bet de Kinder mundig werden; statuta vero Mindensia y), ex senatoribus duos deinceps eligendos esse, statuunt, quibus tutela demandetur, quemadmodum ostendit IO. PETRVS DE LVDEWIG z). Ad ea scira, quæ homines, aliquin haud visitatos, ad tutelam vocant, referenda sunt statuta Kedingensia a), quum adfinibus iisue, die den Kindern mit Schwieger-schafft verbandt, tutelam imponunt. Quodsi notionem tutoris extranei latioribus terminis circumscribimus omnesue eos ad illos referimus, quibus cum pupillo nulla est communio sanguinis ideoque, qui ob eam successionem in pupillorum bona sperare haud posunt: tutoribus his Kedingensibus etiam numerum extraneorum tutorum augere possumus: tamen quum adfines vulgo quoque ad familiam referuntur idque sine dubio caussa est, cur conditor illorum statutorum adfinibus tutelam imposuerit, consulto nos ab iis abstinemus.

§. XV.

QVVM omnes itaque species extraneorum tutorum, quos ius Romanum penitus ignorat et quorum tutela in patriis moribus atque institutis fundata est, absolui: merito illum ordinem sequi me oporteret, quem in priore sectione mihi præscripsi, et iam, quæ illi tutela cum aliis legitimis sint communia: quæ illius propria, explorare; sed penitus operam perderem, si patria iura a peregrinis secernere: in ea, quæ illa de legitimis tutoribus speciatim faniunt, inquirere et, qua ex his ad extraneos applicari possint, sententiam ferre mihi proponerem. Quum antiquitus soli legitimi tutores cogniti essent apud Germanos: illos simpliciter ac sua vi considerarent et pauca existenter, quæ de tutelis fannerunt: nulla, quæ ad solos legitimos tutores spectant, quum nullos alios; nisi illos, haberent: eo iam contentum me esse oportet, si in ea, quæ

de

y) tit. III. art. 45.

z) opusculis miscellis, tom. II. opusc.

a) statut. Kedingens. tit. x. §. 3. in

PVFFENDORFI obseruat. iuris universi, tom. II. p. 149.

de extraneis iure Romano memoratu digna sunt, inquiram, et, num ea ad Germanicos quoque tutores trahi possint, examinem. Quae si intuemur: omnia valere in illis, facile patet. Quemadmodum Romani tutores sese excusare potuerunt; sic, quum legibus imperii omnibus legitimis id permittitur b), non dubium est; quin extra-nei hac facultate fruantur. Si se excusant et iustas excusandi rationes proponunt, non minus; quam Romani tutores retinent succendi ius, quemadmodum expresse cautum est in legibus, prouincialibus pariter ac municipalibus, Franconico c), Palatino d), Norimbergensi e), Wormatiensi f) aliisque; neque tamen simili ratio-ne iis licet, hereditati renuntiare, ut liberent sese a tutela. Expressse Francofurtes iubent g): wann die legitimi ihrer Erbgerechteit, so ihnen künftig gebübren mögte, verzeihen sich wollten, wie dann erwann geschehen, sollen sie doch damit sich beladen zu lassen, schuldig seyn: cetera luculenter docet BENED. CARPOVIVS h). Quum, quia legitimi tutores, quibus communio est sanguinis cum pupillo, quie ob negligentiā iure Romano a tutela remouentur, infamia haud notantur: ex eo quoque nec extraneis legitimis illo iure eiusmodi turpitudinem inuri, monstrauit: multominus ii) extra-nei poena haec adficiuntur, quibus Germanica statuta tuelam hanc imponunt. Raro suspecti accusationem fieri, iam IO. MYNSINGERVS i), IO. BRVNNEMANNVS k), IO. SCHILTERVS l) ac GEORG. ADAM. STRUVIVS m) docent; multo rarius vero cum illa remotione infamia confociata est, ut bene VLRIC. HVBERVS n) obseruat. Quum tandem effectus capitis deminutionis hodie haud in

vſu

b) recess. imperii, ann. CIOIO LXXXII.
tit. XXXII.

c) des Herzogthums Franckens Land-
gerichtsordnung, tit III. §. 10.

d) Churfürstl. Pfälzische Landesord-
nung, tit. II. num. 4.

e) reformat. der Stadt Nürnberg,
qua publicata est ann. CIOIO LXXXIII.
tit. XXVIII. leg. 1.

f) libr. III. tit. VI. §. 7.

g) pars. VII. tit. I. §. 7.

b) libr. III. resp. 61.

i) ad pr. I de suspect, tutor. num. 3.

k) comment. ad dig. tit. de suspect.
tutoribus, leg. 9.

l) prax. iuris Romani, exercit.
XXXVII. §. 137.

m) synt. iuris civilis, exerc. XXXI.
thes. 55.

n) pralect. ad dig. tit. de suspect. tu-
tor. §. 1.

vsi sunt positi: conueniunt quoque in eo tutores extranei Germanici cum Romanis, quod munus eorum minime per illam aufertur. Inter utrosque id tantum interest, quod extranei Romani per hanc rem ab iis legitimis, qui sanguinis vinculo cum pupillo sunt coniuncti, discernuntur, quippe quorum tutela eiusmodi status mutatione finiebatur; ita differentia vero in Germanicis haud locum habet et hinc neque extraneos; neque propinquos a tutela remouet deminutio. Ceterum id iuuat adhuc addere, quum amplior potestas magistratibus Germanicis adsignata sit atque illi saepenumero præterire possint legitimos tutores, vt obseruant CHRIST. THOMASIVS o) atque illustris vir, IO. RVDOLPH. ENGAVIVS p), illis facultatem quoque concessam esse, extraneos a tutela excludendi. Minime vero vlla ratione postulare possunt, vt tutela iis committatur, si quando in vrbe aliqua, vt Lubecæ q), sanctum sit, ne is munus hoc administretur, qui ciuitatis iuribus haud fruatur; nec eiusmodi extraneus in numero ciuium illius vrbis existat: aut, si quando eam ob rem alibi satisdare legitimi tutores coguntur, quemadmodum in Saxonie r) cautum et a IO. BALTH. L. B. DE WERNHER s) sententia illustratum est, eamdem rem extraneos oportet obseruare. Quum adhuc res dubia est, num iure Romano mos, tutores ad partes munieris exequendas iureirando obstringendi, sit fundatus; nec certo adfirmare possumus, illo iure ab extraneis id requiri. Vbi vero in Germania ceteri tutores tam religiose, se saluti pupillorum prospeturos esse, promittere debent t): exploratum est, de iis, si qui sunt, minime excipi illos tutores, qui cum pupillo nulla sanguinis communione sunt coniuncti.

o) comment. ad inst. libr. I. tit. xxiii.
p) loco memorato.

s) obseruat. forens. tom. II. part. VII.
obseru. CCXXXVII. p. 329.

q) conferas ius Lubecense, libr. I.

t) confer HENRIC. GIESEBER-

r) resolut. grauaminum, de ann.

TVM, pericul. statutor. secundo, tit. XX.

CIOIC CVIII, tit. von Insfrienfachen, §. 7.

num. 100. seq.

E M E N D A N D A.
P 36. l. 25. lege adquireret: p. 63. not. f) l. vlt. aliique; p. 68. l. 4. conjectura. l. 16.
Quedlinburgum: p. 76. lin. 12. qui.

PRAENOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO
DOMINO
DOCTORANDO WALCHIO
S. D.
CHRISTIANVS GOTTLIEB BVDER D.

Non sine lætitiae et voluptatis sensu, quem ex lectione
Dissertationis Tuae auspicalis percepit, Prænobilissime
WALCHI, eandem TIBI remitto. In erudito enim hoc
libello, eam ingenii TVI excellentis vim et variæ legalis
doctrinæ ac insignis plane lectionis copiam, perspexi,
qualem in aliis TVIS speciminibus eruditis, cum plausu
doctissimorum virorum, iam ostendisti. Quam, *Consultissime Doctorande*, felicitatem, post cælestem gratiam, pru-
dentissimæ educationi et institutioni cum clarissimi in
Republica literata nominis Viris FRATRIBVS TVIS
debes summe venerabili Viro PARENTI VESTRO,
Theologo de sanctiore coetu, Academia nostra, et Orbe,
qua

qua literis cultior est, immortaliter merito. Excitarunt quoque Te singularibus animi dotibus ornatum, AVORVM et AVVNCVLI imagines, in memoriae et æternitatis templo, merito positæ. Ad Exemplum eruditissimorum FRATRVM TVORVM, quorum nomen non in Germania solum, sed inter vicinas gentes celebre est, rationes studiorum Tuorum ac eruditæ diligentiae feliciter composuisti, atque ex limpidis Legum, consuetudinum, et præstantissimorum interpretum, qui cum soliditate elegantiæ iunixerunt, fontibus et libris, quam proponis, inauguralem Tuam Dissertationem, concinnasti. In cuius defensione, et modesta ac erudita collatione sententiarum, quam ex more institutoque Academiarum proxime institues, nomine quidem Præses, re ipsa testis ac collaudator egregiæ Tuæ doctrinae, Prænobilissime WALCHI, adero, ex aliis enim eruditis conflictibus cognoui, quam promte, docte et facunde assertiones tuas propugnaueris. Immortali potius DEO ingeniorum ad præclara natorum
auctori,



auctori, pia mente supplicabo, velit laboribus **TVIS**, suo
semper numine propitius adesse, vt, cui ad exemplum
summorum quorundam Iurisconsultorum, in iuuenili
ætate obex imias virtutes et eruditionem ex merito decreti
sunt honores Doctorales, hanc spartam egregie ornes, et
quod istis accessit decus ex prouidentia **DEI** et summo-
rum Patronorum benigna manu, accipias. Ad postremum,
summe Venerabili et magnifico **PARENTI TVO**, rarum
illud fortunæ, vel potius diuinæ benicitatis munus, **TRI-
GAM** nempe laudatissimorum Filiorum, ex animo gratu-
lor, vtque hæc felicitas stabilis sit et perpetua ad seros
vsque annos, pie voueo. Scribeb. Ienæ d. x. Augusti

A. S. R. M DCC LIII.



153651

VD 18



R

VD17



DISSER

T
E X T R
L

CHRIST.

IVRIS PUBLICI AC FE
SAXON. DVCVM A
ORDINI
PATRONO A

IVRIVM I

PUBLICAE ERVD

CAROLVS

SOCIETAT

IENA

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres
inches

Farbkarte #13

D. O. SERENISS.
IOR. ADSESS.

ENDO

FATE

VBMITTIT

ALCHIVS

A.

NIS.